CONRADI SCLUSSELBURG II ... STUDIUM ECCLESIAE FILIJ DEI, ...

Conrad Schlusselburg

Digitized by Google

ONALE
VITT. EMANUELE
14
II
26

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XXVIII. 4. 13
K. 2.

Digitized by Google

CONRADI SCHLUSSELBURGII

THEOLOGI LUTHERANI UTI CE-
leberrimi; ità & conſtantiſſimi, & veritatis
cœleſtis propugnatoris acerrimi;

STUDIUM

*Eccleſiæ Filij DEI, inſerviendi POST-
HUMUM.*

HOC EST:

EPISTOLARUM

CLARISSIMORUM QUO-
RUNDAM THEOLOGORUM, UT ET

aliorum virorum Doctiſſimorum, Rerum Theolo-
gicarum ſcitu maxumè neceſſariarum copiâ: Quæſtionum
item practicarum plurimarum Deciſionibus ſolidis; A-
lijsq; quàmplurimis, de quorum cognitione benevo-
lus Lector haut dubiè, ſibi gratulabitur
refertiſſimarum,

VOLUMEN.

*Ab ipſo Dn. D. SCHLÜSSELBÜRGIO, dum
viveret ſingulari ſtudio collectum, nunc verò, eo piè in Domino
mortuo, ad multorum bonorum vota, & deſideria, in in-
ſigne Eccleſiæ emolumentum, publici ju-
ris factum.*

Cum Catalogo Authorum: Indice Rerum: & or-
dine Epiſtolarum, quo anno quæq; ſit ſcripta,
& qua Pagina invenienda.

ROSTOCHII,
Typis Mauritij Saxonis, Impenſis Joh. Hallerv. Bibl. Roſt.
Anno Epochæ Chriſtianæ, M. DC. XXIV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA
Digitized by Google

Admodum Reverendis Nobiliſsimis, Excellentiſsimis, Clariſsimis Doctiſſimisq; Viris,

Dn. Bartholdo Krakevitzio, Pomeraniæ inferioris Generali Superattendenti.
Dn. Bartholomæo Batto.
Dn. Joachimo Beringio.
Sacroſanctæ Theologiæ Doctoribus & Profeſſoribus Academiæ Gryphiſwaldenſis celeberrimis.

Dn. Nicolao Petræo, S.S. Theologiæ D. & Superattendenti Diœceſeos Ratzeburgenſis vigilantiſſimo.

Dn. Johanni Corvino, S.S. Theologiæ D. & Eccleſiæ Cathedralis ad D. Catharinam Dantiſci Paſtori vigilantiſſimo.

Dn. Davidi Tanckio, S.S. Theologiæ Licentiato, & ad D. Mariam Sundæ Pomeranorum Paſtori vigilantiſſimo.

Dn.

Digitized by Google

Dn. Conſtantino Fidlero, ad D. Mariam Roſtochij Paſtori vigilantiſſimo.

Dn. M. Joanni Schlekero ad D. Nicolaum Paſtori. Dn. M. Henrico Boltheniо Genero meo, Archidiacono. } *Sunda vigilantiſſimis.*

Omnibus & ſingulis Dominis Patronis & amicis meis ſingulariter obſervandis & honorandis, Gratiam Miſericordiam & Pacem à Patre noſtro & DOMINO noſtro JESU CHRISTO!

ADmodùm Reverendi, Nobiliſsimi, Excellentiſsimi, Clariſſimi & Doctiſsimi Viri, Domini, Patroni & amici mei ſingulariter obſervandi & honorandi, viros eruditos & præclarè de publico, Eccleſiæ cumprimis, Bono meritos, per poſthuma ſua ſcripta, & Reipu-

blicæ uti alij ita maximè Eccleſiaſticæ, & ſuis viduis totiq; poſteritati vivere, audio.

Quod ipſum etſi pro mei, utpote fœminei captus, ratione nec judicio nec aſſenſu parili ad & proſequi valeam, tamen, cum ad Gloriæ Dei & Boni Publici rationes inibi potiſsimùm reſpici informata fuerim, ut condebitum aſſenſum præbeam, exindè me adduci facilè paſſa ſum. Sit itaque ita! In opibus ſuis hæreditarijs (quarum conditionem veſtræ Rev. & Excell. plus ſatis norunt) cariſsimus, & longè deſideratiſſimus meus Maritus Conradus Schlüsselburgius p. m. & mihi poſthuma nonnulla ſcripta reliquit. Urgent & inſtant

inſtant Amici eorundem Publicationem & in lucem Editionem. Quid faciam? Tergiverſari hîc, & aut Gloriæ Divinæ aut Publico Eccleſiæ Bono deeſſe neutiquam, ita edocta, debui. Et quî non optem meum, Dulciſsimum Maritum mihi meisq́; vivere? Profero itaq; in Nomine DOMINI in publicum dicta mei cariſsimi Mariti poſthuma ſcripta, interq́; ea præcipuè præſens volumen Fpiſtolarum virorum Clariſsimorum, à meo Marito piè defuncto collectum; & quidem ſub autoritate, tutela & promotione V. V.R.R.&E.E. hoc ipſum profero, iſto in ſolidum nomine, ut pro inſigni & ſingulari iſta amicitia, ſingularibus item maxi-

miſq́;beneficijs,quibus me meumq́; beatum Maritum omnes & ſinguli proſecuti & complexi fuiſtis,hocce apud poſteritatem piæ gratitudinis, quantum per me poſsit, monumentũ extaret unicum. Deum quotidianis ſuſpirijs imploro, ut V. V. R.R.& E.E. de nobis noſtrisq́ue benè meritis largiſsimè retribuat,& eaſdẽ ad ſui Nominis Gloriam,&Eccleſię ſuæ ædificationem diutiſsimè ſalvas conſervet & omni benedictione impleat Amen! ô JESU Amen!

Stralesundij, ad 1. Aug. Anno 1624.

V.V.R.R.& E.E.

Obſ. & hon.

Anna Uſleriana Conradi Schlüſſelburgij p.m. vidua.

Cata-

Catalogus Autorum, qui literas ſcripſerunt: ſimul & Epiſtolam exhibens quoties quilibet miſerit, & quâ pagina extet.

ÆGidius Hunnius, Ep.142.p.62. E.84.p. 336.E.102.p.365. E.106. p.351. E.109. 455.E.119.p.457.E.147.p.459. E.147. p. 482.
Ambroſius Reudenius, E.93. p.322.
Andreas Celichius, E.74.p.331. E.79.p.333 E. 98.p.334.E,101. p.335.
Andreas Puchenius Superintendens Lubecenſis. E.75. p.381. E.96.p.385. E.97. p. 389.E.105.p.406.
Andreas Theobaldus, E.52.p.258.
Bartholomæus Klingius JC. E.120.p.423.
Bartholomæus Roſinus, Superintendens Ratiſponenſis, E.42, p.399.
Bartholomæus Wolffhart Superintendens Hildeſianus, E.17.p.116, E.44. p.160.
Baſilius Faber, E.19.p.119.
Benedictus Morgenſtern, E.88.p.318. E.107. p.326 E.116.p.417.
Chriſtophorus Fiſcherus ſenior, E.83. p.393.
Chriſtophorus Pelargus, E.161.p.244. E.162. p. 246.

Cyriacus Spangenbergius, e.12.p.108.ep.16. p.112.e.39.p.136.e.38.p.137.e.32.p.142. e. 40.p.163.e.21.p.187.e.22.p.189.e.23.p.191. e.25.p.193.e.35.p.196. e.52. p.258.
David Chytræus,e.50.p.162.e.45.p.220.e.46 p.222.60.p.224.e.56.p.226. e.99. p.228. e.63.p.271.e.70.p.330.e.144.p.367. e.82. p.368.e.76.p.369.e.71.p.371.e.59.p.374.
Fridericus Rungius, Superintendens Pomeraniæ, e.114.p.403.
Georgius Major, ep.10.p.3.e.9.p.6.
Georgius Mylius, e.58.p.264.e.64. p.267. e. 140.p.347.e.86.p.351.e.108.p.353.e.94.p. 363.e.62.p.426.e.118.p.435. e.141.p.438. e.143.p.442.e.157.p.443. e.91. p.446. e. 103.p.449.e.106.e.115.p 457.
Georgius Weinrichius, e.180. p.357. e.169. p.359.
Hieronymus Mencelius, Superintendens Comitatus Mansfeldenſis, e.18. p.253.
Jacobus Andreæ, e.20.p.122.
Jacobus Reneccius, e.174.p.526.
Joachimus Weſtphalus,e.34.p.77.e.28.p.135. e.37.p.148. e.42.p. 151.e.36. p.153. e. 31.p. 157.e.61 p.166.e.27.p.170.p.179. e.33. p. 361.
Joannes Brentius, e. 6. p. 94.
Joannes Wigandus, e.24.p.132.e.50.p.104.e.

57.p.

57.p.207.e.66.p.208.e.67.p.211. e.69. p. 214.e.47.p.232.e.48.p.236.e.49.p.238.e. 53.p.240.e.72.p.242.
Leonhardus Hutterus, e.160.p.505.e.164. p. 513.e. 108.p.515.e.166.p.517.e.163. p.518.e. 167. p.519.e. 159. p. 521.
L. B. 5. e. 110. p. 407.
Lucas Martini Superintendens Brunſuicenſis,e.137.p.43.e.104.p.50.e.111.p.54 e.133 p.65.e.113.p.69.
Martinus Chemnitius,e.30.p.10.e.15. p.12. e. 13.p.15.e.47.p.20.e.117.p.27.e.144. p. 38.
Martinus Lutherus, e. 1. p. 1.
Miniſterium Brunſuicenſe,e.17. p.29.
Nicolaus Gallus,p.186.e.26.p.395.
Nicolaus Selneccerus,e.73.p.263.e.90.p.345. e.85. p. 355.
N.N.e.61. p.311.
Paulus Eberus, e. 10. p.3.
Philippus Melanchthon, e.9.p.6. e.2.p.82.e. 3.p.88.e. 4.p. 91.e.5.p.92.e.7. p.98. e.8.p. 102.e.11.p.104.
Philippus Nicolai,e.146.p.460.e.148.p.473. e.150.p.479.e.151.p.485.e.152.p.489.e.153 p. 492. e. 156.p.495 e.154.p.498.e.155.p. 501.
Polycarpus Leiſerus,e.54.p.275.e.55.p.281.e. 68.p.287.e 77.p.292.e.80.p.294. e.81. p.
A 5 296.

296.e.89.p.300.e.92.p.302.e.95.p.307.e.
100.p.309.
Simon Pauli, e.51.p.251.e.78.p.392.
Tilemannus Heshuſius.e.29.p.140.
Timotheus Kirchnerus,e.56.p.231.
Valerius Fidlerus, e.87.p.339.
Zacharias Schilterus,e.112.p.413.

Ordo Epiſtolarum, ſecundum ſeriem Annorum ſcriptarum & quâ pag. qualibet extet.

Epiſtola	Pagina	Epiſt.	Pag.
1	1	21	187
2	82	22	189
3	88	23	192
4	91	24	132
5	92	25	193
6	94	26	395
7	98	27	179
8	102	28	135
9	6	29	140
10	3	30	10
11	104	31	157
12	108	32	242
13	15	33	361
14	38	34	77
15	12	35	169
15	112	36	153
17	116	37	148
18	253	38	137
19	119	39	136
20	122	40	103

Epiſt.

Epiſt.	Pag.	Epiſt.	Pag.
41	166	73	203
42	151.399	74	331
43	260	75	381
44	276	76	369
45	220	77	292
46	220	78	392
47	202	79	333
48	236	80	294
49	238	81	296
50	204	82	368
51	251	83	393
52	258	84	336
53	240	85	355
54	279	86	351
55	281	87	339
56	231	88	318
57	207	89	300
58	364	90	345
59	374	91	446
60	224	92	302
61	321	93	312
62	426	94	363
63	271	95	307
64	267	96	385
65	226	97	389
66	208	98	334
67	211	99	228
68	287	100	309
69	214	101	335
70	330	102	365
71	371	103	449
72	242		

Epiſt:

Digitized by Google

Epiſt.	Pag.	Epiſt.	Pag.
104	50	128	482
105	406	129	473
106	451	130	477
107	326	131	479
108	353. & 515	132	485
109	454	133	487
110	409	134	492
111	54	135	498
112	413	136	501
113	69	137	495
114	403	138	443
115	453	139	515
116	417	140	521
117	29	141	505
118		142	244
119	457	143	246
120	423	144	118
121	347	145	513
122	438	146	526
123	62	147	516
124	442	148	519
125	367	149	359
126	459	150	357
127	460		

NB. Hic numerus alter pro altero poſitus videlicet 140. pro 121. & errore ſic conſequenter, uſque ad finem.

Index rerum & Perſonarum memorabilium.

1. Numerus denotat Epiſtolas. 2. Paginam. Diſtinguendo per literam E. & P.

A.

A*bſolutio priuata*, E. 59. p. 3, 6.

Adia-

Adiaphora, e.4.p.91. e.59.p.376
Adiaphoriſtæ, e.31. p.158.e.37.p.150
Annunciationis Mariæ feſtum, e.98.p.334.
Apoſtatarum Genius, e.154.p.500.
Baptiſmi ſuſceptores, e.30. p.10
Bera. e 81.p.295.
Biblia ſacra Islandico.e.78.p.392.e.87.p.339.
Bohemici VValdenſes.e.116.p.418.
Brentius, e. 27.p.172.
Calviniani earundemq́ Genius, e.16.p.116.e.36.p.155
e.45.p.220.e.47.p.32.e.49.p.239.e.54.p.280. e.
60.p.215.e.66.p.208.e.61.p.313.e. 62.p.234. e.89.
p.301.e.87.p.339.e.93.p.325.e.101.p.335.e.116.p.
419.e.152.p.491.e 153.p.494.e.154 p.499.
Calviniani VViteber.e.13.p.16.e.15.p.12.e.17.p.116.e.
19.p 119 e.24.p.132 e.29.p.240.e.33.p 361.e.41.p.
1 [illegible] e.7[illegible].p.373
à Calvinianis an baptiſmus, an Copulatio Matrimonialis petenda.e.6[illegible].p.289
de Calvinianis taxandis, e.154 p.499
Centuriæ Eccleſiaſticæ, e 154.p.498.e.66.p.111.
Chriſti Majeſtas ſecundũ humanã naturã, e.27.p.171
Chriſti præſentia ſecundũ carnẽ, e.11.p.105 e.16.p.113
Chytræus Calvin. ſuſpicionẽ à ſe removet, e.70.p 330
Cœna Domini, e.11.p.117.e.19 p.119.e.20.p.123. e.24
p.133.e.26.p.95.e.27.p.173.e.61.p.315.
Cœnæ adminiſtratio apud Calvin.VViteb. e. 13.p.16
Cœnæ Dn.cõſecratio antiteranda, e.9.p.9.e.11. p.104
63.p.276. e.116. p.413.
Si in Cœna Dn.ex errore aqua bibatur, e.10.p.3
Colloquium Aldeburgenſe, e.79. p.215
Colloquium Mompelgartenſe, e.80.p.215
Colloquium Ratisbonenſe e.154.p.459
Communicatio Idiomatum, e.14.p.39. e.123. p.112. e.
20.p.128 e.24.p.134.e 20.p.141.e.47.p.233.

Digitized by Google

Concordia an cum impiis ineunda, e 154. p.526.e. 167.p.520
Concord; Formula, e, 51.p, 253.e.103.p.450.
Confeſſio Antwerpienſis, e.59. e.377
Confeſſ. Auguſtana, e.60. p. 225
Confeſſio Auricularis, e.55.p.283
Copulatio ſponſorum, e.160.p.511.e.164. p.528
Corpus doctrinæ Philippi, e.47.p.28
Cracovij mors, e.140.p.348
Crellij decollatio, e.145.p.460
Cuno Calvinianus, 151 p.488
Certamen in loco de cœna domini, e.26.p.396
Calvinianus ſpiritus, e.153.p.494.
Dei præſentia duplex, e.13.p.15
Dextera Dei, e.15.p.12.e.20.p.124.e.27.p.123.
De bonis operibus, e.37.p.149
Eberi liber de cœna Domini, e.14.p. 41.e.52.p.262.
Exorcismus, e.55.p.283.e.85.p.356.e.166.p.517.e. (167.p.519.
Flaciani, e.[illegible].p.120.e.45. p.220
Fœdus an cũ impijs ſit ineundũ, e.164.p.226.e.167. p.519 (p.424
Frater an defuncti fratris ſponſam ducere poſſit, e.120
Hæreſi addicti conſepeliendi, e.149.p.478. e.150. p. p.47[illegible].e.48.p.286
Hæreticus an conferat Sacramenta, e.11.p.105
Hoffmannus, e.95.p.308.e.102. p. 365. e.132.p.68.e. 115.p.454.e.96.p.388.e.118.p.435
Huberus, Huberianismus, e.110.p. 109.e.136.p.145. e.557.p.445.e.157.p.519.e.160.p.545
Hunnij theſes de Exorciſmo, e.157. p.444
D. Heshuſius, e.37.p.149 (102.p. 366.
Jacobus Andreæ, e.32. p.142 *Ejus obitus*, 116.p.417
Jeſuitas non taxandos &c. e. 44 p.61
Illyricus, e.18.p.257.e.19.p.1[illegible]0.e.22.p.189.e.23.p.192 e.26.p.398.e.28.p.[illegible].e.34.p.78.e.40.p.[illegible]64.

Digitized by Google

Indignorum mãducatio in cœna, e. 3. p. 16. e. 16. p. 112
Infantes in utero mortui ſepeliendi, e. 157. p. 445
Intermiſtica conſilia, e. 6. p. 54
Jus Canonicum, e. 142. p. 64
Juſtificatio, e. 159. p. 525.
Liberum arbitrium, e. 14. p. 41. e. 20. p. 123, e. 24. p. 133.
Manichæi, e. 42. p. 402.
De Matrimonialib. cauſis, e. 20. p. 424. e. 141. p. 440
Mentzerus, e. 153. p. 4.3 (e. 142. p. 64
Miniſtri Verbi non debent ſe ad certos annos certæ Eccleſiæ obſtringere, e. 75. p. 381. e. 97. 389. e. 111. p. 57. e. 98. p. 334. (75. e. 115. 454.
Miniſtrorum Verbi inveſtitura, e. 112. p. 413. e. 113. p.
Miniſter Verbi apud Politicos accuratus, 117. p. 32.
Miniſtri Verbi an à tributis immunes, e. 112. p. 414. e.
Miniſtrorũ Verbi Remotio, e. 1.7. p. 444. (113. p. 70
Miſſæ Canon. e. 4. p. 92. e. 5. p. 93. (144. p. 167
Nieburi tragicus exitus, e. 92. p. 30. e. 101. p. 335. E.
Opera bona an ad ſalutem neceſſaria, e. 13 p. 17. e. 25. p. 193. e. 26. p. 397. e. 27. p. 179. e. 186. e. 2. p. 135. e. 32. p. 148. e. 31. p. 158. e. 39. p. 136. e. 79. p. 117.
Ordinationis Ritus, e. 9, p. 6
Oſiandriſmus, e. 14, p. 42
Peccatum originis, e. 26. p. 395. e. 28, p. 135. e. 35, p. 196. e. 39, p. 136. e. 42, p. 152. e. 40. p. 103 (p. 359,
Pelargus Apoſtata, e. 170. p. 357. e. 161. p. 244. e. 169.
Periſterij liber, e. 45, p. 220.
Phil: Mel: e. 107. p. 327. e. 122. *Peucerus e. 80: p. 295*
Pecelius de dextra Dei, e. 15, p. 13
Pecelius de præſentia humanitatis Chriſti, e. 15. p. 14
Piſtorius Apoſtata, e. 154. p. 500
Pœnitentia publica, e. 159. p. 523
In Polonia Lutherana Eccleſia, e. 116 p. 418.
De Prædeſt: Spangenb: liber. e. 13: p. 15. e. 18. p. 256
Præſentia Dei duplex, e. 13. p. 16

De

De Peccato Orig: Joach Weſtph. ſentētia, e. 42. p. 152.
Ritus Eccleſiæ, E. 146. p. 471
Refutatio Witeb & Lipſ. e. 31. p. 159
Sacramenta ſunt actiones, E: 59. p. 378
Schluſſelb. confeſs contra Witeb: Calvianos. e. 15. p. 13.
Schluſſelb: controverſia Witeb: Calv. e. 17. p. 117. e. 24. p. 132. e. 29. p. 140
Schluſſelb: diſceſſus Antwerp. e. 76: p. 381
Schluſſelb. exilium Regiomont. e. 50. p. 204.
Schluſſelb. relegatio Witeb. e. 67. p. 291. e. 79. p. 333.
Schluſſ. reſtitutio Witeb. e. 55. p. 234. e. 77. p. 293. e. 76. p. 309
Schl. vocatio Antw: e. 57. p. 307. e. 55. p. 282
Schl: vocatio ad Super: Stralſund: e. 108: p. 353
Schluſſ: Theologia Calvin. e. 55. p. 232. e. 53. p. 240: e. 54. p. 280. e: 55. p. 286. e. 61. p. 311. & 166. e. 58. p. 265. e: 62. p. 427. e. 64. p. 208. e. 74. p. 332. e. 88. p. 318. e. 93. p. 325. e. 81. p. 295. e. 104. p. 51. e. 95. p. 30. 118. p. 119. e. 160. p. 510. e. 86: p. 351
Spurius an ad miniſterium vocandus, e. 142. p. 63. E: 141. p. 440
Stancariſmus E. 7. p. 100. E. 8. p. 102.
Staphyli mors E. 12. p. 109. De Synergia, e. 27. p. 174
Theologiæ Studium Spangenb: E 32. p. 143
Tragici excitus, E 99. p. 228, e. 101, p. 335, e. 60 p. 506.
Theol Calvin. editio Schluſſelb: e, 75, p. 333
Teſtim. D. Chytr: Schluſſ. excluſion: wit. E 71, p. 373.
Ubiquitas e 14, p, 40, e, 20, p. 126. Victorinus e 14, p. 41,
Uſura E 90, p, 345, E, 91, E, 91, p, 448
Waldenſes Bohem: E 134 p, 418
Wigandus, E 51 p 252. Obitus ejus E 88 p 320, E 90 p 346.
Winckelmannus E 153, p, 493
Zelus Theologicus, E 152. p, 470, e. 154. p, 498.

EPI-

EPISTOLÆ THEOLOGORUM

Ex autographo D. Lutheri.

Dn. Chriſtophoro Piſcatori Magiſtro Verbi in Jûterbock miniſtro fideliſſimo.

EPISTOLA I. G. & P.

Quæſtiones tuas accepi, mi Chriſtophore, & licet mihi nec otium nec valetudo ſufficiant, omnium literis reſpondere, tibi tamen reſpondebo breviſſimè.

Ad 1. poteris denunciare è ſuggeſtu contumacibus & contemptoribus Sacramenti, eos non eſſe inter Chriſtianos habendos & extra cœmiterium ſepeliendos, maximè eos, qui monachos adeunt per contumaciam, & ſeſe communicari faciunt. Sed vide, unde tibi vires ſint ad exequendum, an magiſtratus tibi adeſſe cum eccleſia velit.

Digitized by Google

Ad 2. ſi poteris reſiſtere, ne eleemoſyna detur Monachis adverſariis & perturbatoribus eccleſiæ & miniſterii, rectè feceris.

Ad 3. ſatis multum eſt, quod hactenus paſſi ſunt Epiſcopi, quod mulieres & virgines in templum ingrediantur ornatæ & coronatæ, tanquam in theatrum. Eſt abuſus ſatis manifeſtus, contra Paulum & Petrum. Sed violenta eſt conſuetudo. Quare omninò prohibendus eſt abuſus in percipiendo Sacramento, ut non ſint deformes noſtris & aliis eccleſiis. Eſt enim ſignum levitatis & eorum, qui nihil plus æſtimant Sacramentum quàm panem in menſa communi.

Ad 4. quantum poteſt fieri, reſiſtendum eſt dilationi Baptiſmi: ne hoc uſu exemplum tandem irruat in perpetuum abſtinendi.

Sic in Italia in multis urbibus magna pars hominum per omnem vitam manent ſine Baptiſmo, dum in pueritia non bapti-

Digitized by Google

baptizantur: grandes effecti contemnũt omnia & moriuntur ἄθεοι.

Sic Papa Clemens ſine Baptiſmo mortuus eſt: id quod ſpirat Anabaptiſmum. Vale in Domino. poſt Martini anno 1544.

MARTINUS LUTHERUS D.

Dn. M. Chriſtophoro Fiſchero Superintendenti eccleſiæ Schmalcaldenſis.

EPISTOLA X.

An aquam ex errore in Cœna Domini bibens, Sanguinem CHRISTI perceperit nec ne? S.D.

REverende Dn. Superintendens, cùm abſente Dn. Philippo, has literas nobis exhibuit doctrina & virtute præſtans Vir M. Andreas Roſa affinis tuus, petens ut noſtrum tibi conſilium impertiremur, quod quidẽ pro noſtro in te ſtudio & tuis in nos officiis libenter, quantum potuimus, fecimus. Noſtra igitur hæc eſt ſententia: Si non ſciens, ſed errore per igno-

rantiam cùm aquam infudit Calici & ægroto præbuit Paſtor, exiſtimans, vinum ſe exhibere: non vitiatam eſſe actionem illam Cœnæ Dominicæ, ita ut conſcientiam peccato læſam & DEUM offenſum eſſe, exiſtimare, vel ægrotus ſumens, per ignorantiam aquã pro vino, vel Sacerdos exhibens debeat: cum ſcias, etiam Pontificem permiſiſſe, ut prorſus Abſtemiis in Calice aqua præberetur, cui aliquot guttæ vini aſperſæ, ſaporem tamẽ aquæ non mutarent, nec nauſeam abſtemiis afferrent.

Et quanquàm conſtat à Chriſto vinum exhibitum, non aquam, tamen arbitramur tales errores per meram ignorantiam commiſſos, etiam eo excuſari poſſe, ne conſcientias ſaucient, quod Chriſtus continens pro contento nominet inquiens: Hic Calix novum Teſtamentum eſt in meo Sanguine. Non ait; hoc vinum eſt novum Teſtamentum.

Neq; tamen hæc ita intelligantur, quaſi probetur is, qui volens & ſciens pro vino alium

no alium liquorem qualemcunq; contra inſtitutionem Chriſti calice offerre petententi participationem ſanguinis Domini audeat.

Volumus conſultum conſcientiis, quas angi ob hunc errorem non oportere cenſemus.

Quod ſi verò ægrotus hæſitet, ac in dubium vocet; num Sanguinis Domini particeps factus ſit, cùm exhibito & hauſto alio liquore, quàm Chriſti inſtitutio & exemplum poſtulat: iteretur actio, cùm hoc Sacramentum ita inſtitutum ſit, ut quotiescunq; opus ſit, liceat nobis eo uti, dicente Chriſto: Hoc facite quotiescunq; biberitis &c.

Hæc breviter pro noſtro captu & ut tuam quæſtionem intelleximus, reſcripſimus, cùm ambo ut ſcis occupatiſſimi: quæ ut candidè accipias, petimus, & oramus Dominum, ut te tuamq; eccleſiam publicam & domeſticam, clementer regat ac protegat. Salutat M. Matthias Winckel

Digitized by Google

præpoſitus Kembergenſis, hæc ſcribentibus aſsidens, & nobis in hac cauſa ὁμόψηφος. Benè vale. Dabantur Witebergæ in vigilia Margarethæ, anno 1559.

Paulus Eberus D. Paſtor
Witebergenſis.

Georgius Major D. Reſponſio ad Quæſtiones Rever. Dn. Chriſtophori Fiſcheri.

IN Pomerania de publico ritu ordinationis, ſicut apud nos ſervatur, magna contentio orta eſt. M. Johann. Frederus Superintendens eccleſiæ Stralſundenſis, ſcripſit: Impoſitionem manuum, in Sacerdotio Levitico neceſſariam fuiſſe: Nunc verò eſſe ἀδιάφορον & omittendam: ne confirmentur Adiaphoriſtæ. Alii ſentiunt, vocationem, examen, publicationem approbationis, & precationem, res neceſſarias & non omittendas eſſe: illud verum eſſe, quod hic ipſe geſtus impoſitionis manuum ſit res non neceſſaria, ſicut

olim

Digitized by Google

olim in eo ritu hic geſtus fuit, librum Evangelii imponere capiti ejus qui ordinabatur: ſed aſtutia non eſt probanda, quod hoc prætextu totus mos examinis & approbationis & precationis tollitur, quia hic geſtus non ſit neceſſarius. Ut ſi quis tolleret totum miniſterium Evangelii, quia non ſit neceſſaria obſervatio certi diei.

Diſcernenda ſunt ea, quæ ſunt neceſſaria & juris divini & retinenda ſunt, ut vocatio & examen, publicatio approbationis, precatio. Et ſit candor in talibus diſputationibus judicandis. Edentur acta Synodi Pomeraniæ. Nunc de tua Quæſtione reſpondeo, Cum illi, qui nunc ſunt in miniſterio, ſint vocati, & judicio vocantium approbati, etiamſi non acceſſit publicus ritus ordinationis. Si ſunt idonei: id eſt, ſi rectè docent, valet eorum miniſterium, & non ſunt cogendi ad recipiendum publicum ritum Ordinationis, ne adducantur eccleſiæ in dubitationem, de eorum miniſterio. Tu modo con-

ſideres, qui ſint idonei, qui rectè doceant. & non vivant in manifeſta turpitudine. Illos verò, qui non rectè docent, & quorum mores ſunt turpes; neceſſe eſt removeri à Miniſterio propter hanc ipſam cauſam, quia non rectè docent & turpiter vivunt.

Sed cum eccleſiæ veſtræ jam habeant inſpectionem, deinceps nullus admittatur ſine examine & publica approbatione. Et hanc fieri decet uſitato ritu, qui etiam fuit uſitatus Apoſtolis, & deinceps veteri eccleſiæ. Imò credo uſitatum fuiſſe inde usq; à primis Patribus, & hic ritus ſine ſuperſtitione ſervari poteſt.

De alia quæſtione, nihil dubito aſſeverare: nihil habere rationem Sacramenti extra uſum inſtitutum. Nec Eccius Ratisbonæ contradicere potuit: Ideo vinum, quod ſupereſt, poſſet tradi æditus ad domeſticum uſum. Sicut olim exiſtimo panem & vinum copioſè ad aram adpoſita eſſe. Sed quia non multum vim poſt communionem in eccleſiis ſupereſſe ſolet, mi-

nus

nus offenſionis eſt, ſi detur ijs, qui jam in communione fuerunt, ſicut apud nos fit: Ubi non ſatis fuit in Calice, an ſint iteranda verba conſecrationis? Si ſtetit Cantharus cum vino in altari, non neceſſe eſt repeti verba conſecrationis, quia intentio directa eſt ad totum uſum. Si autem aliunde adferretur vinum, vellem repeti totam narrationem Chriſti de Inſtitutione cœnæ Dominicæ, & repetitio iſta non eſt prioris conſecrationis improbatio. Nam certè cum aſsiduè hæc verba ſumentibus cogitanda ſunt: ideò mihi non diſplicεret tota repetitio, etiamſi vinum in Canthαro appoſitum fuit. Judicentur hæc piè & ſine cupiditate contendendi & cavillandi. Dabantur Witebergæ anno 1555.

Philippus Melanchton
m. p ſubſc.
Georgius Major D.
ſubſcripſit.

Dn. Conrado Schluſſelburgio Studioſo doctrinæ Cœleſtis, &c.

EPI

EPISTOLA XXX.

Quæſtio D. Martino Chemnitio à Conrado Schluſſelburgio propoſita.

An homo Chriſtianus adſcitus in ſuſceptorem ſeu ἀνάδοχον Infantis ab aliquo; poſsit ſeſe adjungere Conſuſceptoribus, ſi in illorum numero ſit perſona vel in doctrina vel in notorio peccato culpabilis: Quid in ejuſmodi caſu faciendum: An ſatis ſit publicam & nudam proteſtationem facere, ſi impius ille, errorem & peccatum vel neget: vel meliorem vitam polliceatur?

Reſponſio D. Chemnitij.

SAlutem in Chriſto Salvatore. Chartas, quas ad me nuper miſiſti, diligenter perlegi & ante triduum eas D. Copo, tibi reſtituendas tradidi. De Methodo formandi ſtudium Theologicum & Conciones ſacras, non ſcio me aliquid conſcripſiſſe, alàs non gravatim illud tibi communicarem. Aliquoties cogitavi tale argumentum in publicum uſum prælectio-

nibus

Digitized by Google

nibus tractandum ſuſcipere: Sed hactenus illud fieri non potuit. Et video occupationes indies ita cumulari, ut exercitium prælectionũ ſæpè impediant. Dabo tamen operam, ut petitioni tuæ ſatisfaciã, aliquando methodum Concionandi tibi præſcribam. Quod ad Quæſtionem tuam attinet, ſimpliciter reſpondeo, quid ego pro mea conſcientia facturus eſſem.

Primùm conſiderarem, an talis Suſceptor & Compater imbutus eſſet, prava aliqua opinione vel de Sacramentis, vel de articulo aliquo fidei: vel an ſit notoriè ſceleratus & impœnitens, ne ob cauſas non neceſſarias moverem contentiones.

Secundò vellem admonere Paſtorem baptizaturum infantem, ut is juxta eccleſiæ conſuetudinem faceret officium ſuum privatim & ſeorſim hominem admonendo.

Tertiò ſi hoc non fieret, tunc vellem cum illo conſuſceptore prius loqui & ipſius mentem cognoſcere, Et ſi intellige-

rem.

Digitized by Google

rem, ipſum ſuam impietatem fateri & in eaſine pœnitentia perſeveraturum: Vellem & Paſtori & ipſi indicare cauſas, quare non poſſem in conſpectu DEI cum tali ſocio apparere in negocio omnium maximo.

Quartò ſi vel negaret, vel emendationem promitteret, tum judicarem locum habere proteſtationem de qua ſcribis. Benè vale. Datum Brunſuigæ 19. Auguſti, Anno 1569.

Martinus Chemnitius
Coadjutor.

Epiſtola Chemnitii ad Schluſſelburgium.

EPISTOLA XV.

SAlutem in Chriſto Salvatore. Intelligo mi Conrade, te verſari in magno periculo propter conſtantem veritatis contra manifeſtas corruptelas confeſſionem. Et quamvis nollem tibi gravius aliquid accidere, non dubito tamen, te agnoſcere Deum hoc modo velle explorare fidem

ſidem tuam: noſti enim divinitus hæc conjuncta eſſe: Credidi, propter quod locutus ſum, ego autem humiliatus ſum nimis. Ego DEUM *oro, ut Spiritu ſuo te gubernet & confirmet ne in hoc caſu Confeſſionis aliquid committas, quo tuam conſcientiam ſaucies, rectè ſentientes contriſtes & errantes confirmes: ſed ut juxta Chriſti doctrinam utrumq; præſtare poſſis: & veram vocem boni paſtoris audire & alienam vocem fugere. Legi confeſſionem tuam & in articulo de cœna Domini, de libero arbitrio, & de definitione Evangelij omnia rectè explicata & probè ſunt munita, à quibus diſcedere non poteris. In articulo de Ubiquitate, nollem te litem illam tuam facere: ſed ſufficit, Corpus Chriſti ex hypoſtatica cum divinitate unione hoc habere, quod poteſt eſſe ubicunq; vult.*

Rectè tamen dicis; te nolle Confeſſiones Wirtebergenſium & Argentinenſium de hoc articulo damnare. Velim, te hæc urgere, quod Pezelius dixit, Dexteram

Dei

Digitized by Google

Dei intelligendam eſſe localiter, quod ipſe Calvinus negat in primum caput ad Epheſios, Item quod Pezelius tradit: Chriſtum ſecundum humanitatem non eſſe hîc in terris præſentem: Ergò ex profeſſo pugnat cum Pauli Eberi confeſſione de cœna Domini.

Hæc bono animo moneo: nollem enim te miſceri peregrinis & non neceſſariis diſputationibus. Quod ſi aliquid tibi propoſitum fuerit, unde te expedire non poſſis, judico quam optimum eſſe conſilium, ut petas rationem haberi tuæ conſcientiæ, ut poſſis aliorum conſilium expetere, quos ſcias in doctrina ſanos eſſe. Ego tibi fideli conſilio nunquam deero; & opto tibi Spiritum prudentiæ & conſtantiæ, ac peto ut quamprimum mihi de rebus omnibus ſcribas. Brunſuigæ 18. Julij anno 1568.

Alia Epiſtola Chemnitii ad Schluſſelburgium.

Epiſtola

Digitized by Google

EPISTOLA XIII.

SAlutem in CHRISTO Salvatore. Gratum mihi facis, quod prolixè & diligenter de rebus omnibus ad me ſcribis, & vellem quidem lætiora à te ſcribi, ſed incidimus miſeri in poſtrema hæc infeliciſſima & exulceratiſſima tempora, in quibus, ſi aliud non licet, ingemiſcimus ſaltem ſuper cunctis abominationibus quæ fiunt in medio Eccleſiæ, Ezechiel. 9. Legi Spangenbergij libellum de Prædeſtinatione, & non video ipſum tradere vel falſa vel recentia aliqua commenta: ſed repetit ea & quidem iiſdem fermè verbis, quæ ab Auguſtino, Luthero & Brentio, de hac quæſtione ex verbo DEI tradita ſunt. Vellem tamen controverſiam illam, hoc præſertim tàm exulcerato ſeculo, quod aliàs plus ſatis certaminum præbet, non eſſe motam: Video enim, quàm longa tela inexplicabilium & periculoſarum quæſtionum,

ex illa

ex illa Diſputatione dependeat: Quædam etiam in libello Spangenbergij non ſatis explicantur, quæ occaſionem præbere poſſent ad diſputationes, quas melius eſſet non moveri. Et miror & doleo in Schola Witebergenſi rem eo rediiſſe, ut contra manifeſtam & ſcripturæ & totius Antiquitatis ſententiam de Manducatione Indignorum non vereantur quædam ſibi fingere argumenta, quæ vocant Adamantina. Et rectè à vocant Herculea & Achillea: non enim πανοπλία DEI eſt ex ſcripturæ armario deprompta.

DEus & Diabolus ſunt duo Contradictoria: Diabolus eſt in hoc inferiori mundo: Falſumnè igitur erit quod Deus ipſe aſſeverat, Cœlum & terram ego impleo? Quam ſententiam Vetuſtas reddidit noto Verſiculo: Enter præſenter Deus hic & ubiq; potenter.

Vera & utilis eſt Auguſtini diſtinctio: Aliud eſſe, quando DEus alicubi eſt per eſſentiæ præſentiam, & aliud, quando adeſt

adeſt per inhabitationis gratiam: Ubiq; enim adeſt per eſſentiæ præſentiam: per inhabitationis verò gratiam tantum in credentibus adeſt. Ex hoc fundamento facile potes propoſito argumento ſolutionem invenire.

Illud etiam cum dolore in tuis literis legi, quod ex adminiſtratione Cœnæ Dominicæ faciunt mutam actionem, ſublato verbo, per quod fit applicatio ad ſingulos ſumentes: Idem enim eſt, ac ſi in adminiſtratione Baptiſmi recitarentur tantum illa verba: Baptizate eos in nomine &c. & tollerentur illa applicatoria verba: Ego baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Aut ſi in Abſolutione recitaretur tantum generalis illa ſententia: Quorumcunq; remiſeritis peccata, illis remittuntur &c. Sublatâ applicatione: Ergo abſolvo te in nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti.

Legi Georgij Majoris repetitionem de propoſitione ſua: Bona opera ſunt neceſſaria ad Salutem. Cujus ſumma eſt,

præpoſitus Kembergenſis, hæc ſcribentibus aſsidens, & nobis in hac cauſa ὁμόψηφος. Benè vale. Dabantur Witebergæ in vigilia Margarethæ, anno 1559.

Paulus Eberus D. Paſtor
Witebergenſis.

Georgius Major D.
Reſponſio ad Quæſtiones Rever. Dn. Chriſtophori Fiſcheri.

IN Pomerania de publico ritu ordinationis, ſicut apud nos ſervatur, magna contentio orta eſt. M. Johann. Frederus Superintendens eccleſiæ Stralſundenſis, ſcripſit: Impoſitionem manuum, in Sacerdotio Levitico neceſſariam fuiſſe: Nunc verò eſſe ἀδιάφορον & omittendam: ne confirmentur Adiaphoriſtæ. Alii ſentiunt, vocationem, examen, publicationem approbationis, & precationem, res neceſſarias & non omittendas eſſe: illud verum eſſe, quod hic ipſe geſtus impoſitionis manuum ſit res non neceſſaria, ſicut

olim

Digitized by Google

olim in eo ritu hic geſtus fuit, librum Evangelii imponere capiti ejus qui ordinabatur: ſed aſtutia non eſt probanda, quod hoc prætextu totus mos examinis & approbationis & precationis tollitur, quia hic geſtus non ſit neceſſarius. Ut ſi quis tolleret totum miniſterium Evangelii, quia non ſit neceſſaria obſervatio certi diei.

Diſcernenda ſunt ea, quæ ſunt neceſſaria & juris divini & retinenda ſunt, ut vocatio & examen, publicatio approbationis, precatio. Et ſit candor in talibus diſputationibus judicandis. Edentur acta Synodi Pomeraniæ. Nunc de tua Quæſtione reſpondeo, Cum illi, qui nunc ſunt in miniſterio, ſint vocati, & judicia vocantium approbati, etiamſi non acceſſit publicus ritus ordinationis. Si ſunt idonei: id eſt, ſi rectè docent, valet eorum miniſterium, & non ſunt cogendi ad recipiendum publicum ritum Ordinationis, ne adducantur eccleſiæ in dubitationem, de eorum miniſterio. Tu modo con-

ſideres, qui ſint idonei, qui rectè doceant. & non vivant in manifeſta turpitudine. Illos verò, qui non rectè docent, & quorum mores ſunt turpes; neceſſe eſt removeri à Miniſterio propter hanc ipſam cauſam, quia non rectè docent & turpiter vivunt.

Sed cum eccleſiæ veſtræ jam habeant inſpectionem, deinceps nullus admittatur ſine examine & publica approbatione. Et hanc fieri decet uſitato ritu, qui etiam fuit uſitatus Apoſtolis, & deinceps veteri eccleſiæ. Imò credo uſitatum fuiſſe inde usq; à primis Patribus, & hic ritus ſine ſuperſtitione ſervari poteſt.

De alia quæſtione, nihil dubito aſſeverare: nihil habere rationem Sacramenti extra uſum inſtitutum. Nec Eccius Ratisbonæ contradicere potuit: ideo vinum, quod ſupereſt, poſſet tradi æditu o ad domeſticum uſum. Sicut olim exiſtimo panem & vinum copioſè ad aram adpoſita eſſe. Sed quia non multum vim poſt communionem in eccleſiis ſupereſſe ſolet, mi-

nus

nus offenſionis eſt, ſi detur ijs, qui jam in communione fuerunt, ſicut apud nos fit: Ubi non ſatis fuit in Calice, an ſint iteranda verba conſecrationis? Si ſtetit Cantharus cum vino in altari, non neceſſe eſt repeti verba conſecrationis, quia intentio directa eſt ad totum uſum. Si autem aliunde adferretur vinum, vellem repeti totam narrationem Chriſti de Inſtitutione cœnæ Dominicæ, & repetitio iſta non eſt prioris conſecrationis improbatio. Nam certè cum aſſiduè hæc verba ſumentibus cogitanda ſunt: ideò mihi non diſpliceret tota repetitio, etiamſi vinum in Canthar o appoſitum fuit. Judicentur hæc piè & ſine cupiditate contendendi & cavillandi. Dabantur Witebergæ anno 1555.

Philippus Melanchton
m. p ſubſc.
Georgius Major D.
ſubſcripſit.

Dn. Conrado Schluſſelburgio Studioſo doctrinæ Cœleſtis, &c.

EPI

EPISTOLA XXX.

Quæſtio D. Martino Chemnitio à Conrado Schluſſelburgio propoſita.

An homo Chriſtianus adſcitus in ſuſceptorem ſeu ἀνάδοχον Infantis ab aliquo; poſsit ſeſe adjungere Conſuſceptoribus, ſi in illorum numero ſit perſona vel in doctrina vel in notorio peccato culpabilis: Quid in ejuſmodi caſu faciendum: An ſatis ſit publicam & nudam proteſtationem facere, ſi impius ille, errorem & peccatum vel neget: vel meliorem vitam polliceatur?

Reſponſio D. Chemnitij.

Salutem in Chriſto Salvatore. Chartas, quas ad me nuper miſiſti, diligenter perlegi & ante triduum eas D. Copo, tibi reſtituendas tradidi. De Methodo formandi ſtudium Theologicum & Conciones ſacras, non ſcio me aliquid conſcripſiſſe, alàs non gravatim illud tibi communicarem. Aliquoties cogitavi tale argumentum in publicum uſum prælectio-

nibus

nibus tractandum ſuſcipere: Sed hactenus illud fieri non potuit. Et video occupationes indies ita cumulari, ut exercitium prælectionũ ſæpè impediant. Dabo tamen operam, ut petitioni tuæ ſatisfaciã, aliquando methodum Concionandi tibi præſcribam. Quod ad Quæſtionem tuam attinet, ſimpliciter reſpondeo, quid ego pro mea conſcientia facturus eſſem.

Primùm conſiderarem, an talis Suſceptor & Compater imbutus eſſet, prava aliqua opinione vel de Sacramentis, vel de articulo aliquo fidei: vel an ſit notoriè ſceleratus & impœnitens, ne ob cauſas non neceſſarias moverem contentiones.

Secundò vellem admonere Paſtorem baptizaturum infantem, ut is juxta eccleſiæ conſuetudinem faceret officium ſuum privatim & ſeorſim hominem admonendo.

Tertiò ſi hoc non fieret, tunc vellem cum illo conſuſceptore prius loqui & ipſius mentem cognoſcere, Et ſi intellige-

rem, ipſum ſuam impietatem fateri & in eaſine pœnitentia perſeveraturum: Vellem & Paſtori & ipſi indicare cauſas, quare non poſſem in conſpectu D E I *cum tali ſocio apparere in negocio omnium maximo.*

Quartò ſi vel negaret, vel emendationem promitteret, tum judicarem locum habere proteſtationem de qua ſcribis. Benè vale. Datum Brunſuigæ 19. Auguſti, Anno 1569.

Martinus Chemnitius
Coadjutor.

Epiſtola Chemnitii ad Schluſſelburgium.

E P I S T O L A XV.

SAlutem in Chriſto Salvatore. Intelligo mi Conrade, te verſari in magno periculo propter conſtantem veritatis contra manifeſtas corruptelas confeſſionem. Et quamvis nollem tibi gravius aliquid accidere, non dubito tamen, te agnoſcere Deum hoc modo velle explorare fidem

Digitized by Google

ſidem tuam: noſti enim divinitus hæc conjuncta eſſe: Credidi, propter quod locutus ſum, ego autem humiliatus ſum nimis. Ego DEUM *oro, ut Spiritu ſuo te gubernet & confirmet ne in hoc caſu Confeſsionis aliquid committas, quo tuam conſcientiam ſaucies, rectè ſentientes contriſtes & errantes confirmes: ſed ut juxta Chriſti doctrinam utrumq; præſtare poſsis: & veram vocem boni paſtoris audire & alienam vocem fugere. Legi confeſsionem tuam & in articulo de cœna Domini, de libero arbitrio, & de definitione Evangelij omnia rectè explicata & probè ſunt munita, à quibus diſcedere non poteris. In articulo de Ubiquitate, nollem te litem illam tuam facere: ſed ſufficit, Corpus Chriſti ex hypoſtatica cum divinitate unione hoc habere, quod poteſt eſſe ubicunq; vult.*

Rectè tamen dicis, te nolle Confeſsiones Wirtebergenſium & Argentinenſium de hoc articulo damnare. Velim, te hæc urgere, quod Pezelius dixit, Dexteram

Dei

Digitized by Google

Dei intelligendam eſſe localiter, quod ipſe Calvinus negat in primum caput ad Epheſios, Item quod Pezelius tradit: Chriſtum ſecundum humanitatem non eſſe hîc in terris præſentem: Ergò ex profeſſo pugnat cum Pauli Eberi confeſſione de cœna Domini.

Hæc bono animo moneo: nollem enim te miſceri peregrinis & non necessariis diſputationibus. Quod ſi aliquid tibi propoſitum fuerit, unde te expedire non poſſis, judico quam optimum eſſe conſilium, ut petas rationem haberi tuæ conſcientiæ, ut poſſis aliorum conſilium expetere, quos ſcias in doctrina ſanos eſſe. Ego tibi fideli conſilio nunquam deero; & opto tibi Spiritum prudentiæ & conſtantiæ, ac peto ut quamprimum mihi de rebus omnibus ſcribas. Brunſuigæ 18. Julij anno 1568.

Alia Epiſtola Chemnitii ad Schluſſelburgium.

Epiſtola

EPISTOLA XIII.

SAlutem in CHRISTO Salvatore. Gratum mihi facis, quod prolixè & diligenter de rebus omnibus ad me ſcribis, & vellem quidem lætiora à te ſcribi, ſed incidimus miſeri in poſtrema hæc infeliciſſima & exulceratiſſima tempora, in quibus, ſi aliud non licet, ingemiſcimus ſaltem ſuper cunctis abominationibus quæ ſiunt in medio Eccleſiæ, Ezechiel. 9. Legi Spangenbergij libellum de Prædeſtinatione, & non video ipſum tradere vel falſa vel recentia aliqua commenta: ſed repetit ea & quidem iiſdem fermè verbis, quæ ab Auguſtino, Luthero & Brentio, de hac quæſtione ex verbo DEI tradita ſunt. Vellem tamen controverſiam illam, hoc præſertim tàm exulcerato ſeculo, quod aliàs plus ſatis certaminum præbet, non eſſe motam: Video enim, quâm longa tela inexplicabilium & periculoſarum quæſtionum,

ex illa

adeſt per inhabitationis gratiam: Ubique enim adeſt per eſſentiæ præſentiam: per inhabitationis verò gratiam tantùm in credentibus adeſt. Ex hoc fundamento facile potes propoſito argumento ſolutionem invenire.

Illud etiam cum dolore in tuis literis legi, quod ex adminiſtratione Cœnæ Dominicæ faciunt mutam actionem, ſublato verbo, per quod fit applicatio ad ſingulos ſumentes: Idem enim eſt, ac ſi in adminiſtratione Baptiſmi recitarentur tantum illa verba: Baptizate eos in nomine &c. & tollerentur illa applicatoria verba: Ego baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Aut ſi in abſolutione recitaretur tantum generalis illa ſententia: Quorumcunque remiſeritis peccata, illis remittuntur &c. Sublatâ applicatione: Ergo abſolvo te in nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti.

Legi Georgij Majoris repetitionem de propoſitione ſua: Bona opera ſunt neceſſaria ad Salutem. Cujus ſumma eſt,

ſe verba ſuæ propoſitionis ita velle intermittere, ut ſenſum illum, in quo intertamine propoſitionem illam defendit, velit integrum retinere. Atqui non uno verbo propoſitionem illam declaravit vel potius damnavit.

Et quædam ipſius explicationes prorſus pugnant cum Scriptura ſacra, ut quod dicit: Salvificationem conſtare non tantum remiſſione peccatorum: ſed ad eam pertinere etiam vitæ novitatem.

Item juſtificationem ſeu juſtitiam fidei conſtare non ſola remiſſione peccatorum per fidem: ſed ad eam pertinere etiam renovationem cum fructibus fidei:

Loca ubi Major in ſuis ſcriptis hæc tradit, annotavi in peculiari quodam ſcripto, in quo Eccleſiæ noſtræ ſententiam, de hac Majoris repetitione, explicavimus, quod ſcriptum tibi aliquando communicabitur. Non igitur video, quod illa ratione, quam Major in repetitione ſua proponit, certamen de neceſſitate

ceſsitate bonorum operum ad Salutem, poſſet componi cum Eccleſiæ fructu & conſervatione puritatis doctrinæ: Si verba quidem (ad Salutem) omittantur, ipſi verò nervi corruptelarum retineantur & defendantur. Sed hæc plenius explicata ſunt in alio ſcripto, nimirum in lectionibus meis, quando Locos communes Philippi in Schola noſtra prælegi.

Gratias tibi ago pro miſſo Carmine, inſpexi locum quem notaveras. Et rectè ac juxta Scripturam in illo loco ſentis & loqueris. Vellem autem ſemper, quando hanc materiam tractare volueris; te obſervare & nominatim exprimere diſtinctionem illam inter res externas ſeu quæ rationi ſubjectæ ſunt: & inter internas ſeu ſpirituales.

Vides, me raptim & familiariter ad te ſcribere, idque propter multas occupationes: Peto igitur me excuſatum habeas. Vale, Brunſuigæ 13. Decembr. anno Domini 1567.

Alia Epiſtola ejuſdem.

Epistola XLVII.

SAluem in CHRISTO, qui eſt vera & unica Salus noſtra. Venerande Dne. Magiſter, Literas tuas 17. Februarij ſcriptas, 12. Aprilis accepi: utq; ad illud, quod præcipuum eſt, primo loco reſpondeam: de eadem quæſtione, quæ inter vos controvertitur, ante paucas ſeptimanas etiam Reverendus Dominus Epiſcopus Hesbuſius ad me ſcripſit, cui amanter reſpondi. Meminiſſe autem potes, me pro mea ſimplicitate in hujusmodi controverſiis hac methodo ſolere uti, ut primum & ante omnia de rebus ipſis in theſi & antitheſi vera ſententia explicatè conſtituatur: ne ex verbis inſidiæ rebus ipſis ſeu veritati ſtruantur: quòd ſi in rebus ipſis, inter partes conſenſio eſt, jam in vocabulis ſeu modis loquendi controverſia erit, de quibus non difficulter tranſigi poteſt,

ſi utrinq;

ſi utrinq; eſſet ſtudium veritatis atq; concordiæ, absq; moroſitate & φιλονεικία.

Omninò autem exiſtimo Dominum Hesbuſium idem de re ipſa ſentire quod vos ſcilicet humanam naturam Chriſti adorandam non ſeparatim extra Unionem cum λόγῳ. Et ne quidem in perſona Chriſti eo reſpectu adorandam, qualis eſt per ſe ex Phyſica ſua conſtitutione ſive in terminis phyſicis & proprietatibus ſuis eſſentialibus. Sed ſicut ὑποςατικῶς cum λόγῳ unita eſt, ita ut tota plenitudo Divinitatis in ea σωματικῶς & perſonaliter inhabitet & tota in ea luceat, & ſicut ad dexteram Majeſtatis ultra omne nomen exaltata eſt. In hac ſententia utrinque vos conſentire arbitror, quod ad rem ipſam attinet.

Reliquum igitur eſt certamen de modo loquendi, & non dubito Hesbuſium huc reſpexiſſe, quod Calviniſtæ ambiguitate vocabulorum ludunt: concedunt enim perſonam Chriſti adorandam

Digitized by Google

Filium hominis ſeu Chriſtum hominem adorandum: Poſtea verò addunt gloſſam, in concreto, communicatione Idiomatum ſcilicet ſecundum divinam tantum naturam Chriſtum adorandum. Quia verò Orthodoxa ſententia eſt, Chriſtum ſecundum utramq; naturam vel adorandum, ſeu invocationem in Chriſto mediatore & redemptore noſtro complecti, intueri & reſpicere utramq; naturam: cum ſecundum utramq; ſit mediator, redemptor, hoc eſt, invocationem noſtram in perſona Chriſti dirigi ad utramq; ejus naturam: illam ſententiam Hesbuſius voluit expreßè explicare: ita ut ipſis verbis ſeu vocabulis corruptelis Bezæ de concreto ſe opponeret: cumq; Antiquitas utatur vocabulis, quæ in Scholis Abſtracta uſitatè vocantur, ut carnem Chriſti ἀνθρωπότητα, terram, ſcabellum pedum in Chriſto nos adorare: Hæc enim ſunt veterum vocabula: inde & ideo Hesbuſius vocabulum Abſtracti uſurpare voluit. Nam in Scholis quando nomino

parietem

parietem album & albedinem, alterum eſt vocabulum concretum, alterum Abſtractum. Et albedinem intelligo non tantum extra parietem, ſed in ipſo etiam pariete conſideratam.

Vides me juxta veterem LUTHERI Catechiſmum in eo quem judico rectè ſentire ac veritatem propugnare, omnia in meliorem partem interpretari. Sed intelligo quid vos moveat: Modum ſcilicet loquendi non ſatis commodum & proprium videri. Omnino enim ad veram in Eccleſia conſenſionem neceſſarium eſt, ut non tantum res veræ tradantur, verùm etiam ut ὑποτύπωσις ſanorum verborum ſervetur, ſicut 1. Cor. 1. Paulus remedium contra ſchismata hoc tradit ἦτε κατηρτισμένοι ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ καὶ τὸ αὐτὸ λέγητε. Magnum igitur diſcrimen eſt inter λογομαχίαν & inter ὑποτύπωσιν ſanorum verborum: Et quia de propoſitione illa quæſtio eſt, (Humanam Chriſti naturam in Abſtracto eſſe adorandam) ingenuè ſcribam, non quod mihi

tantum videatur, ſed quæ aliorum etiam rectè ſentientium, quorum judicia exploravi, ſit ſententia.

Omnino propoſiti illa, ipſo ſono verborum ingerit piis auribus peregrini & incommodi aliquid: audientibus enim ſtatim ultrò ex ipſo ſono verborum offert ſe illa antithesis: Humana CHRISTI natura in Abſtracto, hoc eſt, non in concreto vel in perſona: ſed in Abſtracto vel per ſe extra Unionem conſiderata, eſt viviſica & adoranda.

Deinde Adverſarij, qui in omnes tales occaſiones intenti ſunt: arripient hanc propoſitionem, & eo prætextu, ſicut ſolent, ipſam doctrinam exagitabunt. Sed excipit Heshuſius, ſe non ita ſentire: idem & ego dico: Verùm quia phraſis illa & pios offendit, & Adverſariis materiam litis ſubjicit: ideò ſpero Dominum Heshuſium eam modeſtiam & æquitatem adhibiturum, ut abſque moroſa pertinacia de modo illo

loquendi

loquendi, quo in hiſce etiam locis eccleſias offendi ſciat, diſcedat & propter Concordiam cum eccleſia loquatur, Omninò enim rectius & commodius & magis propriè dicitur: Chriſtum mediatorem ſecundum utramq́; naturam adorandum. Vel invocationem dirigi ad perſonam Chriſti & in ea non tantùm ad divinam verùm etiam ad aſſumptam humanam naturam, quia ſecundum utramq́; mediator eſt & redemptor noſter. Invocationem igitur in perſona CHRISTI complecti, intueri & reſpicere non tantùm divinam verùm etiam aſſumptam naturam.

Certè in modis loquendi, quibus verè pios offendi & turbari animadvertimus: æqui & faciles eſſe debemus, cùm exempla oſtendant, ex ejusmodi ſcintillis pernicioſa ſæpè incendia exorta. Aliud profectò eſt, quando dico, vocabula abſtracta eſſe cum nomino Carnem ἀνθρωποτῆτα &c. Et ſcripturam loqui per vocabula abſtracta cum inquit: Sanguis

filij DEI emundat nos ab omnibus peccatis. Et aliud ſonat, ſi dicam, Sanguis CHRISTI in abſtracta emundat à peccatis. Hæc ipſa piarum aurium judicio plana ſunt. Quod ſi Dominus Epiſcopus Hesbuſius, ut ſpero, de illa propoſitione ſeu modo loquendi diſceſſerit: non vos arbitror ulterius pugnaturos.

Hæc ſcribo, non ut vobis aliquid præſcribam, ſed quia nollem inter nos, qui in hiſce dogmatibus conſentimus, vel diſſenſiones vel ſpeciem aliquam diſſenſionum excitari. Omninò difficilis eſt magni hujus miſterij explicatio, & qui in illa explicatione pro ſtudio aliquid illuſtrare conantur, magna ipſis habenda eſt gratia: Cumq; pauci ſint, qui in hoc certamine communibus adverſariis publicè ſe opponunt: Certè non odiosè exagitanda ſunt illorum ſtudia, qui conantur veram Sententiam explicare & defendere.

Ego ſane optarem, non tantùm

de

de illa veſtra propoſitione, ſed de tota illa doctrina περὶ μεταδόσεως τῆς δόξης in communi συζητήσει collatis ſententiis, de certa & conſentienti ratione explicationem inter nos conſtitui, ſicut ad Hesbuſium plenius ſcripſi. Hæc petenti tibi de hac quæſtione reſpondere volui. Quod ſi meam ſimplicitatem de Chriſto adorando plenius cognoſcere volueris; invenies eam in Epiſtola Stammichij explicatam. Quæ de ſtatu rei veſtræ publicæ ſcribis, pro hoc officio gratias tibi ago. Et rem mihi gratam facies, ſi de ejusmodi rebus ſæpius mihi ſcribes.

Illuſtriſſimus Dux Julius ante menſem ad aulam veſtram & Epiſcopos veſtros miſit delineationem formulæ conſenſionis inter Saxonicas haſce & Suevicas Eccleſias ſi Deo propitio videretur ratio inſtituendæ concordiæ. Miſſa eſt ad alias eccleſias, à quibus nondum reſponſum eſt. Ea de re quid veſtri ſentiant ad nos præſcribas quæſo. Varia in his locis nar-

narrantur Electorem, ſcilicet Saxoniæ conſtituiſſe, ne poſthac Corpus doctrinæ Philippi tanquam Symbolum vel norma doctrinæ & Confeſſionis proponeretur: ſed tantùm ut methodicum ſcriptum. Cupere etiam Electorem & Principes, ut de articulis controverſis una, certa, vera & conſentiens declaratio in theſi & antitheſi exponatur, & adjungatur Corpori doctrinæ, quod ſentiunt eſſe Confeſſionem & Apologiam Auguſtanam ex veteri & prima editione. Articulos Smalcaldicos, utrumq; Catechiſmum Lutheri.

Hæc ita feruntur: & vellem quidem vera eſſe, ſed nondum poſſum adduci ut credam tempus verò quid futurum ſit, oſtendet.

D. Chytreus jam nobis adeſt, vocatus ad communem deliberationem de conſtituenda nova Academia Julia in oppido Helmſtet. Ego in Harmonia mea valdè tardè progredior: Vellem enim non tantum ordinem hiſtoriarum & con-

cio-

cionum ordine exprimere, verùm etiam addere commentaria, in quibus potiſſimùm ex vocabulorum & circumſtantiarum explicatione, fontes Doctrinarum monſtrarentur: ſed labor eſt grandis, occupationes meæ multæ, & ætas jam ingraveſcens. Perveni tantum usq; ad ſecundum Paſcha Job. 5. Salutem adſcribo omnibus Collegis Miniſterij veſtri. vale raptim Brunſuigæ 14. Aprilis Anno Chriſti 1576.

Martinus Chemnitius.

Ad Dn. Conradum Schluſſelburgium.

EPISTOLA XVII.

GRatiam & benedictionem ab illo, in quo benedicuntur omnes gentes. Accepimus Clariſſime & reverende Vir, amice & frater in Chriſto plurimùm colende, literas tuas, conſilium noſtrum in re ardua petentes & expectantes.

Mallemus autem vel hujusmodi tribra-

brationes nunquàm vos excepiſſe, vel maturè huic malo obviatum ab alijs fuiſſe: ne nobis opus eſſet in tam periculoſo negocio manum admovere: Verùm quia amor tuus optima quæq; de nobis pollicetur neq; nos extra ſimilem fortunæ infelicioris aleam planè poſiti ſumus, candidè noſtram tibi mentem aperiemus, & ſi minus aptè reſponderimus, tuæ potius petitioni, quam noſtræ temeritati imputabis.

Quæris, Utrum miniſter alicujus loci celebrioris, qui cum à Jureconſulto quodam diſpoſitiones Concionum Eccleſiaſticarum & formam precum publicarum audiſſet arrodi, illudq; novitijs fratribus dehortandi non diffamandi gratia indicaſſet: Ob id ab homine iſto, apud Judicem ſecularem accuſatus fuit, jure divino ad Subſellia politica trahi, & ex L. diffamari, accuſari poſſit? Utrumq; ſane arduum & periculoſum. Approbare enim prius eſt multum noſtro miſterio derogare & ex Herodis aula Chriſtum illuſum

ſum Pilato remittere. Nec poteſt hoc facilè ſine confuſione miniſtrorum verbi divini: amiſſione libertatis, olim Eccleſiaſticis ab Imperatoribus & Conciliis conceſſæ proſtitutione autoritatis docentium apud auditores, & absq; ſuſpicione exercendæ in eos, à quibus in Concione reprehenſi ſunt ſub ſpecie juris, vindictæ concedi. Ne dicamus, quod nequiſſimo cuiq; lata via ad calumniandum, falſisq; excuſationibus opprimendum Chriſti ſervos hac ratione ſternitur.

Et ô utinam hodie ſic res eſſent comparatæ, ut priſtinam noſtri miniſterij dignitatem tueri poſſemus, & privilegiis illis olim Clericis beneficio Regum & Principum acceptis, & in jure Canonico multoties ſtabilitis, in pace & ſilentio perfrui poſſemus. Sed videmus palàm ut in hoc extremo ſeculo omnia in pejus ruunt, ſic etiam hoc beneficium nobis plerosq; ex ſecularibus invidere, & noſtrum ſacrum ordinem gregariis ferè poſtponere. Quod velle vi & Zelo ferven-

tiu-

tiori vindicare, eſt ignem gladio foderet & crabrones excitare. Ideoq; humaniſſime & fraternè illum miniſtrum ab hac violentia retrahimus, & ſi forum ſeculare declinare voluerit, honeſtis id rationibus Senatui perſuadeat. Quod ſi obtinere nihil poterit, æquo animo hanc perferre ſervitutem ſatius eſt, quàm tumultuariis concionibus vel aliis iniquis mediis anſam præbere calumniis eorum, qui dicturi eſſent eccleſiæ miniſtros Phariſæos & Scribas imitari de quibus dicitur: λέγουσι γὰρ καὶ οὐ ποιοῦσι. Et δεσμεύουσι φορτία βαρέα καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά. Nec ſcimus, an hæc Clericorũ ad privilegia libertatis Pontificiæ confugientiũ tergiverſatio ullo ſcripturæ loco defēdi poſſit, cùm ſacræ literæ univerſaliter omnes magiſtratui ſubjiciant, quando dicitur: πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω, Et ſimpliciter ſubjungatur, Quisquis reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit & ſibi ipſi judicium accipiet.

Quod

Quod ſi exempla Salvatoris noſtri aliorumq́; Chriſti ſervorum intuemur, manifeſtè apparet, eos ad privilegium tale nunquam provocaſſe: manifeſtè n. Chriſtus Pilato ſeculari præſidi poteſtatem de ſe judicandi tribuit, dicens: Non haberes poteſtatem adverſus me ullam, niſi tibi datum eſſet è ſupernis. Concedit igitur Chriſtus, ſe divino jure trahi ad Pilati ſubſellia, nec bona conſcientia poſſe illa declinare. Fuiſſe autem Chriſtum miniſtrum circumciſionis, & paſtorem Eccleſiæ, & habuiſſe ſuæ mortis cauſam verè Theologicam & ſacrã, nemo inficias ibit. Sic Stephanus in Synedrio Jeroſolymitano: Sic Jacobus Apoſtolus ante tribunal Herodis cauſam ſuam Theologicã defenderunt. Sic Paulus Coriphæus omnium eccleſiaſticorũ Philippis cum Sila tractus eſt in forum ad Principes, accuſatus ſuper negotio eccleſiaſtico, & coram Lyſia Tribuno loris aſtringendus, appellat ad jus Romanum, non Theologicum: cumq́; Feſtus eum vellet Jeroſolymis judicari à Judæis

provocat à Feſto ad Cæſarem Neronem, non ad Concilium Jeroſolymitanum. Idem jugum patienter tolerarunt Epiſcopi Presbyteri & alij doctores, qui tracti ad ſubſellia ſecularia claram fidei ſuæ ediderunt confeſſionem, & ſanguine obſignarunt. Et poſſent fortaſsis aliæ plures colligi ex ſacris rationes diſſuaſoriæ, ſi non durus hic eſſet ſermo nobis & aliis Chriſti miniſtris.

Poſſemus autem nihilominus bona conſcientia rectè uti hac libertate, ſi non eſſent qui obſiſterent. Penes Imperatores enim & Principes olim fuit, DEI ſervis aliqua relaxare onera publica, propter reverentiam miniſterij. Sed acceſſit poſtea rapacitas Pontificis Romani, qui hac indulgentia impetrata, dominium & libertatem carnalem ſibi ſuisq́ Clericis publicis legibus ſanciunt & ordinarium magiſtratum publicum ad ſua ſubſellia & ad oſculum pedum ſuorum traxit, qui abuſus impetratæ libertatis fecit, ut hodie Politici nobis ſint iniquiores

& vi-

& viciſſim Cæſareo-Papatum erigere ſummis viribus conentur.

Reſtat alterum illud ſpeciale, Miniſtri accuſati dicta et facta concernens, de quo ſi Senatui ejus loci totum negotium eo modo quo nobis expoſitum fuit, credere vix poſſumus, Chriſtianum & pium Magiſtratum adeò patrocinaturũ hoſti ejus. Hoc enim eſſet religionem parum curare, Chriſti ſervos vilipendere, ſua poteſtate in præjudicium regni Chriſti abuti, impios juſtificare & juſtos damnare, autoritatem & poteſtatem capitis in Miniſterio tollere, malitiam improborum confirmare, animos Eccleſiaſticorum & politicorũ, qui tamen propter reipublicæ pacem & commodum debent ſemper eſſe arctiſſimè conglutinati, diſtrahere: Ideoq; ſi hujus placidè & moderatæ admonitus fuerit Senatus haud dubio, quod æquum eſt, tandẽ decernet. Nec nos illum juſto titulo ex L. diffamari, accuſari poſſe arbitramur (modò non inter referendũ, convitia & alia ignominioſa & contumelioſa dicteria miſcuerit)

ſcuerit) Non n. videtur hoc feciſſe animo, ut loquuntur, injuriādi; ſed potius voluiſſe gloriam Dei & autoritatem Miniſterij vindicare, ex charitate cauſam diffamationis fratrum tollere, fidelitatem erga Eccleſiam in removendis illis, quibus offendi poterat, declarare.

Nec penes Actorem eſt, ſed penes reum, ſuorum verborum eſſe interpretem. Et fortaſſis actor hac via ingredi voluit, metuens in aliis cauſis poſſe Clericos ſe expedire, ne compareant: In hoc autem caſu minus poſſe, ſiquidem nullum unquā privilegium quemquam ſive ſecularem ſive ſpiritualem ab hac actione ſolvat.

Si ergò certi eſſetis, veſtri Miniſterij Collegas rectè & eruditè ſuas hactenus diſpoſuiſſe conciones & preces: & miniſtrum illum nullis Actorem proſcidiſſe convitiis, non fortaſſis diſſuadendum foret, ſi conjunctis viribus totum Miniſterium Collegæ illius cauſam in ſe reciperet, & communi nomine Senatum ſcripta ſupplicatione interpellaret, ut Actoris

Digitized by Google

Actoris furias compeſcat, & per inverſionem accuſationẽ ex L. diffamari, adverſus ipſum actorem & diffamatorem Miniſtrorum dirigeret. Non enim videtur ullo modo excuſari poſſe, quòd ſibi imperium ſumpſit in concionatores, eorumq́ conciones & preces in loco inconvenienti, nimirum in convivio, in multorum hominum præſentia flagellavit & exagitavit, falcem in alienam meſſem miſit, deq́ iis, quæ non intelligit, nec ſuæ ſunt vocationis, impulſus fortaſſis δοξοσοφία & inflatus Spiritu Calviniſtico vel Lutheromaſtige, temerè judicavit, quantum in ipſo eſt, totius Miniſterij autoritatem & ædificationem tollere vel enervare conatus eſt. De quo tamen liberum vobis ſit ſtatuere, quid volueritis.

Hæc habuimus, quæ bono animo vobiscum in hoc caſu communia eſſe voluimus, ſic à te rogati, quæ ut æqui boniq́ conſulas, peramanter rogamus. Utinam autem non ita collabeſcerent omnia & ceſſarent tandem furiæ infernales per

ſua organa nobis alioqui coram plebe & fece hujus mundi deſpectis faceſſere negocium. Sed perrumpendum eſt ſpe lætiſſimæ Cataſtrophes, cujus ut nos ſuos miniſtros Chriſtus cœli Dominus participes propediem in altera vita faciat, precamur vobis & nobis ex animo. Saluta reverendum veſtrum Callegium. Dabant. Brunſuigæ 2. Xbr. an. Chriſti 1596.

T. R. D.

Fratres in Domino.

Superintendens, Senior & reliqui Miniſtri.

Epiſtola Martini Chemnitii Conrado Schluſſelburgio Witebergenſis Academiæ Studioſo ſcripta.

EPISTOLA XIV.

SAlutem in Chriſto. Gratum mihi fuit tuum officiū, quod de rebus quibusdam ad Eccleſiam pertinentibus aliquoties ad me ſcripſiſti: & quia occupationes meæ tibi notæ ſunt, dabis mihi veniam, quod non ſemper tibi reſponderim. Vellem

lem autem me poſſe coram tecum colloqui, præſertim quod petis monſtrari tibi rationem, qua ſtudium Theologiæ commodè & utiliter inſtitui poſſit.

Ad reliqua quæ ſcribis, hoc tantum reſpondeo, me ſeriò & ex animo dolere, doctrinam Lutheri, præſertim de Libero arbitrio & Cœna Domini, iſthic ita ſicut ſcribis abjici, exagitari & explodi. Quod attinet ad doctrinam de communicatione idiomatum collegi mediocri diligentia totius Antiquitatis de hac doctrina ſententias quas aliquando Deo benè juvante edam. Et certum eſt, ſicut in hypoſtatica illa unione non facta eſt naturarum confuſio, ita etiam non factam eſſe confuſionem idiomatum eſſentialẽ: facta n. eſt illa unio, ſalvâ differentiâ ſicut naturarum ita etiam proprietatum utriusq; naturæ: ſicut veteres ex Scriptura hoc Axioma multis probant fundamentis. Fuerunt etjam in veteri Eccleſia Hæretici, qui ſixerunt, in Hypoſtatica unione factam eſſe exæquationẽ idiomatum utriusq; naturæ

quaſi in unione divinitas λόγȣ effuderit extra ſe in aſſumptam naturam idiomata, ſeu attributa ſimpliciter æqualia divinitati, quæ à divinitate ſeparata, formaliter ita inhærent humanæ naturæ, ſicut calor ab igne transfuſus inhæret aquæ calefactæ. Sed hæc opinio graviter à veteribus refutata eſt, ſicut multis teſtimonijs hoc poſſum oſtendere.

De Ubiquitate etiam illud ſentio, quod Lutherum ſenſiſſe in Libello meo de Cœna Domini oſtendi, ſcilicet non eſſe de Ubiquitate diſputandum. Hæc verò quæſtio eſt: An humana natura in Chriſto ex hypoſtatica cum divinitate Unione, præter naturalia ſua idiomata prorſus nihil acceperit, ita ut de humana natura in Chriſto incarnato nihil, ne Scriptura quidem affirmante, credendum ſit quod ſit præter & ultra naturalia idiomata humanæ naturæ, qualis eſt ſi per ſe, extra illam Unionem conſideretur.

Quando ſtatus controverſiæ ita ponitur, tunc manifeſtiſſimum eſt & ex Scriptu-

Scriptura & ex Antiquitatis teſtimoniis: quæ ſit vera ſententia.

Quod ſi Pezelius iſte audebit dicere: Humanam Naturam in CHRISTO *nihil vel aliud vel excellentius poſſe & agere quàm in nobis fratribus poteſt & agit: adverſa fronte repugnat & ſcripturæ & univerſæ Antiquitati. Si verò alterum concedit: ſatis hoc eſt, ad aſſerendum τὸ ῥητὸν verborum cœnæ &c. Sed benè intelligo quò tendant diſputationes illæ & quorſum evaſuræ ſint.*

Diſputavit hoc primùm Victorinus & mox poſtea in apertam Calviniſmi profeſſionem erupit.

Velim te interrogare Pezelium, qui nemini quicquam, præterquam ſibi ipſi tribuit: quid de Doctoris Pauli Eberi libello de Cœna Domini ſentiat. Ejus enim fundamenta exceptâ diſputatione de manducatione tertij generis indignorū, prorſus probo.

Facilis etiam eſt ratio controverſiæ de libero arbitrio ſi ſtatus rectè conſtituatur.

tur. Non enim quæſtio eſt: An in converſione ſit & debeat fieri & eſſe applicatio aliqua mentis, voluntatis & cordis ad verbum: bonum propoſitum, deſiderium gratiæ, piæ cogitationes, ſtudium, conatus, lucta, &c. qui n. fingit converſionem ſine mutatione aliqua & motu in mente, voluntate & corde hominis, prorſus cum Enthuſiaſtis inſanit. Sed quæſtio eſt de cauſa efficiente, unde in converſione mens, voluntas & cor hominis potentiam & facultatem illam ad novos illos motus accipiat & habeat? Ad hanc quæſtionem petatur plana reſponſio ex verbo DEI & tota controverſia plana erit &c.

In Pruſſia DEI beneficio, reſtituta eſt Eccleſiis ſumma omnium conſenſione & gratulatione vera, pia & ſolida, concordia. In peculiari quodam ſcripto comprehenſa eſt refutatio Oſiandriſmi & aliarũ corruptelarum, quibus concordia Eccleſiarum nunc turbatur & ſcinditur. Illud ſcriptum in Monte Regio Pruſſiæ nunc ſub prælo eſt. D. Morlinus & ego nondum

liberati

liberati ſumus à Prutenicis vocationibus, ſed poteſt fieri ut eò migremus. Sed non vacat nunc plura ſcribere, jam enim hora concionis imminet. Benè & feliciter vale. Brunſuigæ, 10. Auguſti, anno 1567.

Martinus Chemnitius.

Alia Epiſtola M Lucæ Martini Superintendentis Eccleſ. Brunſuic.

Ad Dn. Conradum Schluſſelburgium.

Epistola CXXXVI.

Quas ad me, Reverendiſſime & Clariſſime Dne. Doctor, Amice & Frater ſumma animi obſervantia colende, ſcripſiſti literas, de comparandis veſtro Senatori & vobis medicamentis, contra continuos capitis vertigines & tinnitus aurium: eas longè poſt alteras poſterius ſcriptas accepi. Jam ad utraſq; reſpondeo. Primùm ago tuæ R. D. gratias pro condolentia & ſolatio: animadverto n. pium & candidum tuū pectus perturbatū eſſe cognitis meis querelis & ſuſpiriis & graviter dolere, tantam inter Chriſti ſervos nomi-

nati

nari ἀπιστίᾳ & ideo me afflictum Chriſti Pauli & Lutheri exemplis erigere conari.

Lætor autem in Deo meo, qui aliquoties hactenus, per celebres Theologos & amicos in hac mea flagellatione illorum, (quorum Scriba, Orator & δᾳδοῦχος fuit ille, cujus negocium tu apud Senatum tuum tam ſedulò præter meritum agis) cor meum dulciſſimis conſolationum fontibus recreavit, vivificavit & quaſi triumphare fecit.

Utinam autem tecum omnes maritimæ eccleſiæ & veneranda Miniſteria inferioris Saxoniæ γνησίως noſſent, quàm impiè mecum actum ſit, quantis convitiis proſciſſus, quàm falſa accuſationis argumenta in me ſint conficta & effuſa, nullo habito reſpectu tremendi judicij divini, verecundiæ & honeſtatis, experientiæ publicæ, autoritatis miniſterij, propriæ conſcientiæ, legum à Majoribus ſancitarum, ſcandali dati & veteris exiſtimationis hujus Eccleſiæ apud vicinos & exteros retinendæ. Sed ut ut hæc alij igno-

Digitized by Google

ignorent, Domino tamen meo Jeſu Chriſto nota ſunt hæc omnia: Qui & guttas lachrymarum mearum poſuit in conſpectu ſuo, & perſecutores meos, niſi ſeriò reſipuerint, quia conſervum imò caput ſuum percuſſerunt, διχοτομήσει καὶ τὸ μέρος αὐτῶν μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει, quod Deus clementer avertat. Exprimit mihi hæc dolor. Scio enim & DEO judice ſcio, quod extrema mihi facta ſit injuria, & adhuc fiat, quando populo perſuadetur: me venenum illud ad tempus occultare & in corde fovere, donec commodam evomendi occaſionem cum totius Eccleſiæ detrimento nanciſcar. Per omnem enim meam vitam Calviniana dogmata meo cordi fuerunt horrori & execrationi, & norunt omnes mei auditores, quod aliquoties hoc de univerſali omnium hominum Electione in Chriſto absq; reſpectu ordinatæ fidei delirium, ut extremam blaſphemiam in DEUM, eradicationem omnis religionis Chriſtianæ, profligationem Scripturæ ſacræ, exterminium diſcriminis honeſto-

rum

rum & turpium judicijq; extremi, & negationem omnium tormentorũ infernalium, publicè pro concione profligarim, rejecerim, damnaverim. Id quod etiam fratres iſti nigri norunt, & nihilominus me gratis oderunt. Et heu vereor, ne vel per ſe vel per ſua organa mihi meæq; famæ in maritimis Eccleſiis per calumnioſas delationes unus atq; alter nocuerit & ſe ſuo hypocritico Zeli juſti prætextu omni culpa liberare ſtuduerit. Unde mihi certo opus eſſet patrono, qui innocentiam meã iſthic & in vicinis Eccleſiis & Academiis data occaſione vindicaret. Quod miſericordiæ opus ſi in te amice candide, fraternè dignareris recipere: Dominus noſter Jeſus Chriſtus in illo glorioſo die publicò id prædicaturus & recompẽſaturus eſſet. Debuiſſem quidẽ ante hac ad ſingula Miniſteria celebrium Saxoniæ civitatum Apologetica mea mittere, ſed nolui videri turbator pacis in illis locis & deformator eorum, qui proh dolor me & ſeipſos turpiter deformarũt. Peperci etiam huic Eccleſiæ &

ſiæ & veritatem in claro ſole refulgentem pro me ſatis locuturam eſſe ſuo tempore, in vera fiducia mihi perſuaſi. Conſcripta eſt quidem nuper tabula pacificationis, per ἀμνηστίαν tollens omnia, & obligans nos ſingulos ad veritatem et pacem, quam ſubſcriptionem nominum ſinguli Miniſtri & publico ſigillo Senatus confirmarunt. Verùm videtur mihi non omnes corde ſubſcripſiſſe, id quod eventus docebit.

Deinde video, te virum excellentem ſollicitum eſſe de meis honoribus augendis & me hortari, ut gradum Doctoris quæram & aſſumam. Fecerunt idem alii etiam magni & boni viri. Verùm miror, quomodo in tuis & aliorum oculis aliquid ſim, cum in detractorum meorum hucusq; planè rudis ſtirpes & nihil fuerim? Tanta quippe diverſitas eſt judicij humani, quando quis honori & dignitati alterius favet, & quando quis alienæ laudis & exiſtimationis eſt invidus arroſor & virtutis alterius hoſtis. Sed abeant iſta. Cor meum

non

non ambit altiora, ſed in ſtatione ſua paratum eſt Domino ſuo fideliter ſervire, & pro modulo tantillæ eruditionis ædificare ejus Eccleſiam, donec me per certa & legitima media is qui eſt Doctor Doctorum dignum judicet quem ad hunc gradum recipiendum extendat. Quod arbitrarer jam factum eſſe, ſi felicior & tranquillior aura noſtrum Senatum ejusq; gubernationem & me aſpiraſſet: Quæ ſanè hactenus ac etiamnum adeò fuit & eſt turbulenta & tenebricoſa, ut ſua ventoſitate & crebriori turbine multa bona impediverit, eos, quos penes ſumma debebat eſſe præcipiendi, exequendi, ordinandi & promovendi poteſtas, fermè prorſus exautoravit, & exinde vires etiam meis perſecutoribus ſurrogarit, ut eò confidentius & protervius meum agerent, quia qui vi ſeculari eos cobiberent non eſſent nec eſſe poſſent. Hæc de meis & publicis malis, quæ Deus clementer vertat in bonum.

Unum

Unum reſtat, quod in tanta noſtrorum ſecuritate licentia, petulantia & protervia DEUS *virgam vigilantem & Ollam ſuccenſam nobis ante oculos poſuit, dum contagium peſtiferum intra muros noſtros immiſit, quod ſpacio unius menſis ſua inflammatione multos conſumpſit & abripuit.* DEUS *ſuorum piorum curam agat paternam, eosq; defendat & liberet propter nominis ſui gloriam.*

Medicamentum illud à tabellario accipies unà cum manu Pharmacopæi & Medici. Allocutus enim ſum medicum cæteris clariorem, oſtendens ei Epiſtolam tuam ad me ſcriptã, & effeci, ut omnem moveret lapidem. Precium vides aſſignatum & modum utendi. De ſolutione nihil dubitans interpoſui fidem meam. Faxit DEUS *ut ſit vobis ſalutare. Vale in Domino* JESU CHRISTO, *qui eſt verus Eliakim cui* DEUS *pater dedit* CLAVES ARCIS *ſeu domus Davidis ſuper humeros ejus, quarum nos indigni*

ejus Miniſtri ſumus adminiſtratores ex gratia. Dabantur Brunſuigæ 23. Julij anno 1597.

T. R. E.

Studioſiſſimus

Lucas Martini.

Ad Dn. Conradum Schlüſſelburgium Superintendentem Raceburg.

EPISTOLA CIV.

Benedictionem temporalem & ſalutem æternam à patre miſericordiæ per Chriſtum θεάνθρωπον.

VIſis tuis, Reverende & Clariſs. Vir, Domine ac frater in Chriſto honorande ad me ſpectantibus literis, magnopere perfuſus ſum gaudio. Jam olim enim tua fama in hiſce terris adeò te celebrem reddidit propter immeritã è Synagoga Pſeudo Lutheranorum ejectionem, ut etiam tum, cum Jenam veneres egoq́; ſtudioſum ibi theologiæ agerem, non potuerim non in eo totus eſſe, ut te de facie viderem

& tu-

& tuum memoriæ meæ nomen inſigerem. Licet autem pudor, quo minus te alloquerer, mihi tunc temporis juveni obſtitit, ſemper tamen hactenus te unicè dilexi, atque ſingulari id fieri fato arbitror, quod tuas ad me, tibi & nomine & facie ignotum, ut ex inſcriptione tuarum literarum video, literas non tantum direxiſti, verùm etiam magno honorario onuſtas tranſmiſiſti. Pro quo humanitatis officio & beneficio tibi, Vir Clariſſ. ingentes ago gratias. Recompenſaturus etiam æquali, vel etiam majori munere, ſi æquale modò in me cadere poſſet. Quod verò meum expetis de hoc Opere tuo Eccleſiaſtico ac Theologico judicium, id per ſe quidem verè Theologicum pectus arguit, cui nihil magis debet eſſe proprium quam ut de ſeipſo humiliter ſentiat, non nimis alta ſapiat & cum Orthodoxa Eccleſia per omnia ſentire, loqui & ſcribere laboret.

Sed quò minus hîc tibi aſſurgam cenſoria uſus virgula, facit primò illud

γνῶθι σεαυτὸν & tecum habita: Deinde publicatio hujus Operis quæ me anteverſit. Deniq; quod cognovi hunc tuum fœtum non tantum te patre conceptum, verùm etiam lambendo per aliquot annos ita formatum, ac jam antea aliorum ſummorum virorum judicio ſit ſubjectum & examinatum fuiſſe, ut, ſi ego jam meum etiam poſtmodùm adderem calculum, viderer non tantum tibi eruditionem, diligentiam ac prudentiam in timore Domini omnia penſitantem & librantem derogare, ſed & tantis viris me multò illuſtrioribus palmam de aliorum laboribus judicandi, præripere velle. Percurri tamen ſingula capita tanto, quanto in tàm anguſto temporis ſpacio & occupationum mole fieri potuit, ſtudio. Et nihil do auribus tuis, ſed tantum maximas Deo ago gratias, quod in tanta Diaboli & hæreticorum rabie nova ſubinde excitat inſtrumenta, quorum operâ contra regnum Satanæ & pro gloria Chriſti, (quem impia Calvinianorum turba de ſolio ſuæ Majeſta-

Majeſtatis, quoad humanam naturam, turbare, ejusq; unionem, negatâ perſonali ac reali κοινωνίᾳ naturarum earumque proprietatum & actionum, ſolvere conati ſunt) utitur. Inter quæ Organa te etiam præcipuum eſſe, hic labor in toto orthodoxorum Chriſtianorum orbe abundè teſtabitur. Et licet non exiſtimem æquivalens donum tibi pro illo tuo multorum annorum, multæ & indefeſſæ lectionis, magni tædij exactiſſimiq; judicij labore, ab illis, quibus eum offers, numeratum iri: tamen multa piorum invenientur agmina, qui pro hoc opere Deo gratias acturi, tibi optima quæq; precaturi, ſuam fidem hactenus vacillantem ac titubantem ex hac collatione confirmaturi, Satanæ furores poſthac ſeverius execraturi ac veritati conſtantius adhæſituri ſunt. Qui cum ſint ſines omnium ſcriptorum Theologicorum, non erit cur te hujus laboris pœnitere unquam poſſit. Cætera quæ erogaſti, & quæ ab ingrato mundo propterea pati cogeris, ille, cujus

 te fide-

γνῶθι σεαυτὸν & tecum habita: Deindè publicatio hujus Operis quæ me antevertit. Deniq; quod cognovi hunc tuum fœtum non tantum te patre conceptum, verùm etiam lambendo per aliquot annos ita formatum, ac jam antea aliorum ſummorum virorum judicio ſit ſubjectum & examinatum fuiſſe, ut, ſi ego jam meum etiam poſtmodùm adderem calculum, viderer non tantum tibi eruditionem, diligentiam ac prudentiam in timore Domini omnia penſitantem & librantem derogare, ſed & tantis viris me multò illuſtrioribus palmam de aliorum laboribus judicandi, præripere velle. Percurri tamen ſingula capita tanto, quanto in tàm anguſto temporis ſpacio & occupationum mole fieri potuit, ſtudio. Et nihil do auribus tuis, ſed tantum maximas Deo ago gratias, quod in tanta Diaboli & hæreticorum rabie nova ſubinde excitat inſtrumenta, quorum operâ contra regnum Satanæ & pro gloria Chriſti, (quem impia Calvinianorum turba de ſolio ſuæ Majeſta-

Majeſtatis, quoad humanam naturam a turbare, ejusq; unionem, negatâ perſonali ac reali κοινωνίᾳ naturarum earumque proprietatum & actionum, ſolvere conati ſunt) utitur. Inter quæ Organa te etiam præcipuum eſſe, hic labor in toto orthodoxorum Chriſtianorum orbe abundè teſtabitur. Et licet non exiſtimem æquivalens donum tibi pro illo tuo multorum annorum, multæ & indefeſſæ lectionis, magni tædii exactiſſimiq; judicii labore, ab illis, quibus eum offers, numeratum iri: tamen multa piorum invenientur agmina, qui pro hoc opere Deo gratias acturi, tibi optima quæq; precaturi, ſuam fidem hactenus vacillantem ac titubantem ex hac collatione confirmaturi, Satanæ furores poſthac ſeverius execraturi ac veritati conſtantius adhæſituri ſunt. Qui cum ſint fines omnium ſcriptorum Theologicorum, non erit cur te hujus laboris pœnitere unquam poſſit. Cætera quæ erogaſti, & quæ ab ingrato mundo propterea pati cogeris, ille, cujus

 te fide-

te fidelem & bonum ſervum eſſe hic ipſe liber oſtendit, poſt reſurrectionem Juſtorum abundanti gloria & benedictione in terra viventium rependet. Cujus gratiæ te tuosq; omnes fideliter commendo. Statum in hiſce terris Collega meus tibi in ſuis ſignificabit literis. Vale, & exiguum illud ἀντίδωρον, laborum meorum primitias, boni conſule, ac amicorum tuorum albo me inſcribe. Dabant. Brunſuig. Calend. Maij, anno 1592.

T. R. D.

Studioſiſſimus

M. Lucas Martini Coadjutor Eccleſiæ Brunſuic.

Ad Dn. Conradum Schlüſſelburgium.

EPISTOLA CXI.

SAlutem ab Angelo Domini, qui caſtrametatur in circuitu noſtro, & pro nobis adverſus Diabolum & Angelos ejus belligeratur, Amen. Clariſſ. & reverende Vir, Domine & amice colende, binas

binas à tua dignitate intra ſemeſtre accepi literas, utraſq; animi tui mei amantiſſimi indices: Et quia ad priores reſpondere non potui, cùm deeſſet qui ad vos excurreret, ad ambas nunc reſpondeo brevius, quia & hódie concionandum mihi eſt, & aliis obruor moleſtiis animi ſerenitatem obfuſcantibus. Concernunt autem ea quæ inveniuntur in literis partim veſtra, partim Huberiana, partim Academica, partim noſtra. De ſingulis aliquid.

Primùm non opus eſt excuſatione illa, quâ te defendis ob intermiſſum ſcribendi officium: Nam & ego in eodem hæreo crimine, & potius veniâ mihi opus eſt quam tibi, ut qui ad tres tuas vix unâ reſponderim. Neq; diſtantia locorum crebriores ſcribendi occaſiones admittit, neq; vocationis noſtræ difficultas. Suſcepi autem Nobilem illum Juvenem à Lancken à te commendatum in ædes meas, & ad menſam meam, tum ob amorem in te meum, tum ob commodita-

te fidelem & bonum ſervum eſſe hic ipſe liber oſtendit, poſt reſurrectionem Juſtorum abundanti gloria & benedictione in terra viventium rependet. Cujus gratiæ te tuosq́ omnes fideliter commendo. Statum in hiſce terris Collega meus tibi in ſuis ſignificabit literis. Vale, & exiguum illud ἀντίδωρον, laborum meorum primitias, boni conſule, ac amicorum tuorum albo me inſcribe. Dabant. Brunſuig. Calend. Maÿ, anno 1592.

T. R. D.

Studioſiſſimus

M. Lucas Martini Coadjutor

Eccleſiæ Brunſuic.

Ad Dn. Conradum Schlüſſelburgium.

EPISTOLA CXI.

SAlutem ab Angelo Domini, qui caſtrametatur in circuitu noſtro, & pro nobis adverſus Diabolum & Angelos ejus belligeratur, Amen. Clariſs. & reverende Vir, Domine & amice colende, binas

binas à tua dignitate intra ſemeſtre accepi literas, utraſq; animi tui mei amantiſſimi indices: Et quia ad priores reſpondere non potui, cùm deeſſet qui ad vos excurreret, ad ambas nunc reſpondeo brevius, quia & hodie concionandum mihi eſt, & aliis obruor moleſtiis animi ſerenitatem obfuſcantibus. Concernunt autem ea quæ inveniuntur in literis partim veſtra, partim Huberiana, partim Academica, partim noſtra. De ſingulis aliquid.

Primùm non opus eſt excuſatione illa, quâ te defendis ob intermiſſum ſcribendi officium: Nam & ego in eodem hæreo crimine, & potius veniâ mihi opus eſt quam tibi, ut qui ad tres tuas vix unâ reſponderim. Neq; diſtantia locorum crebriores ſcribendi occaſiones admittit, neq; vocationis noſtræ difficultas. Suſcepi autem Nobilem illum Juvenem à Lancken à te commendatum in ædes meas, & ad menſam meam, tum ob amorem in te meum, tum ob commodita-

moditatem, qua ratione privato præceptore cum meis liberis ipſi frui licuit. Neque habeo quod de eo conquerar. Neq; eum dimiſiſſem, niſi & ætatis & Scholæ Martinianæ, quam viſitare noluit, ratio aliud ſuaviſſent. Dimiſi igitur eum diſcedere in Academiam Roſtochienſem cupientem bona gratia, eiq; hortator fui ad pietatem & inchoationem ſtudij juris & exercitia purè & latinè ſcribendi & loquendi. Reliqua enim ipſum vel ob ætatem aſſecuturum, vel ob generis ſplendorem ad uſum tranſlaturum eſſe diffido. Gratum etiam mihi fuit, quod ſtatum tuarum rerum, & inprimis honorificam loci & gradus mutationem in melius unà cum conſignatione laborum tuorũ Theologicorum mihi ſignificaſti. Faxit clementiſſimus DEUS *fons omnis ſapientiæ & fortitudinis, ut donis Spiritus Sancti & roboratus & impletus in mente, voluntate & corde, ſtrenuum poſthac etiam te præſtes, in bello ſpirituali pro Eccleſia contra Diabolum & hereſes cotidiè continuando,*

tinuando,

tinuando, militem & agonothetam invi-ctum, usq; ad Euthanaſiam, illam, quam Filius D E I *omnibus benè certantibus promiſit.*

Huberi miſerabilis ſtatus movit mihi antehac bilem & dolorem. Bilem; quod vocatus in tàm auguſtum & celeberrimum locum, & aggregatus ad Collegas pios, clariſſimos & orthodoxos, non potuit animi intemperiem diſputando, ſua acrius urgendo nulliq; cedendo proditam cohibere, ſed maluit potius ſchisma committi & rupturam fieri in veſte hac aliàs inconſutili. Dolorem verò & commiſerationem; quod ante hos annos plurima propter veritatis confeſſionem paſſus, patriâ ejectus, honore & facultatibus exutus, ſperavit ſe apud noſtros ſibi ὁμοψήφους halcionia & quaſi portum ex naufragio expectatum inventurum, & cum vix ad focum conſederit, ecce nova procella & turbo ipſum in exilium abripit. Non autem libenter de controverſia illa ſcribo, utrum rectè vel perversè ſenſerit

Witebergæ. Graviter accuſatus eſt à Collegis, quod ſimpliciter ſtatuerit, omnes homines eſſe revera ab æterno electos, habere regenerationem, habere juſtitiam, habere ſalutem, ſive credant, ſive non credant, cujuscunq; ſint nationis & religionis. Neq; nos illis fidem in minimo derogamus, multò minus efficta hæc in eum fuiſſe concedimus. Interim tamen ille extremè hoc apud nos negavit, & non niſi in Chriſto DEUM homines omnes elegiſſe & (ut ipſe ſeſe explicabat) ſalvari voluiſſe aſſeruit. Ubi vocabulo Electionis utitur pro εὐδοκίᾳ & voluntatis divinæ deſiderio, cupientes ut omnes ſalventur in Chriſto, & omnes ad agnitionem Veritatis veniant, nec ullus pereat. In quo ſanè mihi videtur effectum ponere pro efficiente. Decretum enim illud Electionis eſt effectum beneplaciti in Deo, teſte Paulo, dicente: Ὁ θεὸς προορίσας ἡμᾶς, εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτὸν, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. *Non igitur* προ-

ορισμὸς

ϑελησμὸς poteſt eſſe ipſa εὐδοκία. Quod ſi verò diceret, DEUM ſimpliciter & abſolutè univerſaliter omnes homines elegiſſe ad vitam æternam, (absq; omni reſpectu Chriſti auditi, in fide ſuſcepti & retenti) horribilior hæreſis ab initio mundi audita non eſſet. Hoc enim totum DEI verbum tollit, doctrinam Legis & Evangelij negat, & Salutis noſtræ ædificium in Petra CHRISTO extructum radicitus & ex imis fundamentis evertit.

Reſpexerunt autem Roſtochienſes ad declarationem ejus, qua confeſſus eſt, ſe nequaquam à poſteriori univerſalem Electionem abſolutè conſideratam fingere, cum ſciat, paucos ſalvari, ſed tantum hoc velle: Quod DEI conſilium & voluntas ſit, ut omnes per CHRISTUM redimantur & in eum credant, ut omnes per eum ſalvari poſſint. Hanc voluntatem & beneplacitum cum maxima pars generis humani ſpernat; fieri juſtè, ut etiam maxima illa pars in æternum pereat,

non

non quod ab æterno ſit abſoluto decreto DEI reprobatà, ſive audiat & credat, ſive non: ſed quod malitioſè viam Salutis aſpernata ſit.

Nos verò audivimus quidem ejus declarationem, legimus ejus ſcripta, verùm cùm obnixè inſtaret ut vel eam confirmaremus vel corrigeremus: diffidentes ipſi, & nolentes nos implicare ante tempus diſputationi alienæ, attulimus aliquot graviſsimas noſtræ cunctationis cauſas, in quibus tandem acquievit, cùm provocaremus ad ſententiam libri concordiæ.

Witebergæ exortam fuiſſe σύῤῥαξιν ſuper loco de Deſcenſu Chriſti ad inferos, etiam apud nos ſpargebatur, ſed explorantes veritatem comperimus vanum fuiſſe figmentum.

Scripſit enim Geſnerus hac de fama ad noſtros, & extremè id negavit, provocans ad Hunnij & ſuas ſuper hoc articulo theſes antehac diſputatas. Vicini noſtri Theologi ſuarum rerum ſatagentes

non

non multùm nobiſcum per literas colloquuntur, neq; niſi rariſſimè nos accedunt. Nos amantes pacis, curamus noſtra, & quia publicè nos non provocant, abundare eos ſuo loco, ſuo ſenſu permittimus. Interim tamen mecum primarius eorum collocutus ante annum, magnum præ ſe ferebat pacis & concordiæ deſiderium, petiitq; ut vias invenirem per literas, quibus cum Polycarpo noſtro & aliis poſſet tranſigi. Et nuperrimè ſuper doctrina de Ubiquitate & Prædeſtinatione occaſionem quæſivi, eiusq; reſponſum expecto. Sed abrumpo filum, ne cùm delectare te velim, nauſeam tibi pariam. Saluta reverendos tuos Confratres & nobilem illum generoſum Joachimum à Lanck. Dabant. Brunſuigæ 3. Octobr. an. 1595.

R. D. T.

Totus in Domino

M. Lucas Martini.

Ad Dn. Conradum Schüſſelburgium. S. P. D.

EPISTOLA

EPISTOLA CXLII.

AD Capita præcipua literarum tuarum, Reverende & Clariſſime Domine Doctor, amice cum obſervantia colende, reſponſurus, ſententiam meam dico ingenuè: Primò, quod Paſtor ſeu Superintendens hora octava diebus Dominicis concionaturus adigi nullo pacto vel poſſit vel debeat, ut paucis ante horis Collegæ ſui concionibus matutinis ſemper interſit. Meum produco exemplum. Ego concionari ſoleo hora nonâ. Habetur concio matutina in templo parochiali hora ſexta, deinde in templo Arcis hora ſeptima. Neutram ego vel poſſum commode vel etiam ſoleo frequentare: nec quiſquam meorum auditorum hinc offenditur, quod conſtet publice, me horas matutinas meditationi meæ concionis tribuere.

Alia autem ratio eſt, ſi quæratur de concionibus Collegarum poſt expeditam jam & habitam concionem Paſtoris.

Cum

Cum enim paſtor ſuo ſe labore expedierit, poteſt à meridie, quin etiam debet vacare audiendis concionibus Collegarum pomeridianis, ut & iis, quæ diebus profeſtis habetur, niſi negotia obſtent.

Ad ſecundam quæſtionem, liceatné Spurio munus gerere Eccleſiaſticum? reſpondeo: Legitur ſane Deut. 23. Spuriis publica hujusmodi officia in Eccleſia & Politia Iſraelitica fuiſſe negata. Sed id, tempore veteris Teſtamenti, ad legem pertinuit Iſraelitis propriam, quemadmodum & Præceptum de Eunuchis ibidem traditum. Sub Evangelio *non eſt talis perſonarum reſpectus per ſe. Per accidens tamen, nempe ſi de aliquo notorie conſtet, quod ſit ex illegitimo thoro natus, atque hinc ſacrum Miniſterium ob hanc illegitimæ nativitatis maculam in contemptum adduci poteſt, præſtat tales ad hoc arduum Munus non admittere, niſi forte ſit illius tam ſpectata in omni anteacta vita integritas*

& dona

& dona Spiritus Sancti in eo tàm præfulgida, quæ ſplendore ſuo labem illam vincant, ut Miniſterium ejusmodi hominis per donorum excellentiam à contemptu vindicetur, & res apud auditores offendiculo careat.

Tertiam quæſtionem, an in Conſiſtoriis in matrimonialibus cauſis ſecundum Jus Canonicum pronunciandum ſit, breviſſimo reſponſo do expeditam, quod videlicet in quæſtionibus quamplurimis matrimonialibus Jus Canonicum repudietur, ut in quæſtione de conſenſu Parentum, quem Jus Canonicum non de neceſſitate, ſed tantum de honeſtate eſſe pronunciat: ſimiliter in quæſtione de gradibus conſanguinitatis & affinitatis, item de fidejuſſoribus in Baptiſmo, quibus jus Canonicum derogat poteſtatem ducendi eos, pro quibus ad ſacri baptismatis fontem ſpoponderunt: in his & quamplurimis aliis meritò rejicitur Jus Canonicum, neq; ſecundum illud in noſtris Conſiſtoriis quid decernitur aut deciditur, niſi

niſi quando & quatenus cum Jure Civili, præcipue verò cum ſacra Scriptura conſentit.

Hæc, quantum per occupationes licuit, reſpondere viſum eſt. Dominus Jeſus Tuæ R. D^ti. totiq; familiæ hunc annum novum plurimosq; inſequentes largiatur quàm feliciſſ. Datæ Witebergæ die 30. Januarij Anno 1598.

Tuus in Domino

Ægidius Hunnius D.

Alia Epiſtola Lucæ Martini ad Schlüſſelburgium.

EPISTOLA CXXXII.

I*Ncrementum donorum corporis & animi per Spiritum Sanctum & DEI gratiam propter Chriſtum: Efficiunt tuæ, reverendæ dignitatis clariſſime Vir, fautor & amice multis nominibus venerande, ſuaviſſimæ literæ, ut etiam nihil ſcripturus, tamen ad ſcribendum & reſpondendum compellar, dum eas plenas eſſe multarum rerum cognitione digna-*

rum, ac inprimis præ ſe ferre animum pium, candidum, amicum, benevolum, humanitatis & φιλαδελφίας ſtudioſiſſimum video. Qualem ſanè ſi unquam anteà, certè in proxima epiſtola prorſus erga me denudaſti, dum nō tantùm in mea ſimplicitate ſuper duabus quæſtionib. tuis acquieviſti: verùm etiam ad ſummum in Theologia gradum accipiēdum me graviter & quidem clariſſimorum virorum facultatis Theologicæ in Academia Roſtochienſi ſuaſu hortaris, teq; invitatum honoribus ipſummet interfuturum humaniſſimè polliceris, & nullas preces ad Chriſtum ſine mei mentione emiſſurum religioſè promittis. Quibus ſingulis nihil majus, nihil honeſtius, nihil utilius, mihi à tanto viro contingere poſſet. Deus æternus omnium bonorum remunerator tuæ rever. dignit. hanc humaniſſimam proæreſin omnibus ſuis gratijs & bonitatum rivulis recompenſet in hac & futura vita, & faxit, ut in te animus erga me indignum optimè affectus nunquam mutetur.

Digitized by Google

tur. Ego tuæ dignitati meipſum & omnia quæ in me ſunt toto corde & animo nihil minus offero, dedico, mancipo, ac Deum oro, ut tandem nos conjungat & familiari alloquio & colloquio nos invicem recreemus.

Quid autem tuæ rever. dign. polliceri poſsim ac debeam de mea promotione, nondum certi quid habeo. Ago Deo meo gratias quod per tantos viros me ſollicitare incipit, non enim tuas tantum, ſed & aliorum accepi literas, qui itidem ſuaſerunt. Et cum nuper hic eſſet ſemel atque iterum clariſsim. Jureconſultus Camerarius multis verbis me ad hoc hortari non deſtitit. Verum etſi non diffiteor me graves cauſas habere, hoc præſertim meo ſtatu divinitus mihi indignè conceſſo, cur tantorum virorum judicia non aſperner aut ſeponam: tamen in noſtro ſenatu hucuſque nihil de hac re unquam deliberatum eſſe ſcio, ſilet Senatus, ſilent Miniſtri & utrinque in hoc meo præſenti ſtatu acquieſcunt,

quieſcunt,

Digitized by Google

quieſcunt. Propoſueram autem mihi ſeriò, ne φιλοτιμίας ſeu δοξοσοφίας ullam ſuſpicionem contra me alicui moveam, proprio motu aut ſollicitatione hunc gradum non quærere & affectare, ſed expectare divinam vocationem, ut poſteà eò majori plerophoriâ & confidentiâ munera Doctoris exequi & in perſecutione & tentatione alacrius cor erigere poſſem.

Quod ſi verò vel Academica aliqua facultas & Eccleſia noſtra aliquid hac de re moverit. Parebo DEO & rectè judicantibus & judicium de mea doctrina nullibi ſubterfugiam. Nec tamen interim mihi quidquam conſtat de ratione, ordine, modo, tempore & ſumptibus hujus dignitatis, & ſi quæ ſunt reliqua. De quibus ſi in omnem eventum edocerer, gratum mihi eſſet futurum vel maximè.

Noſtri vicini jam quieſcunt, interim tamen in ſua negativa, quoad παντοτοπίαν, perſeverant. Contulimus inter nos Hoffmannus & ego bis terve de hac

non

non neceſſaria velitatione, ut & de Prædeſtinatione. Verùm manent quales ſunt, quamvis ſe mordacius præſentes non opponant. Perge in honorem Domini JESU tuam adverſus hoſtes Chriſti in aciem producere πανοπλίαν, de qua mihi tuæ literæ ſpem faciunt. DEUS erit tecum, qui te confortet, regat, ducat & ſalvet.

De illa animi mutatione & inconſtantia magni illius Viri nihil aliud reſpondeo quam illud CHRISTI: Ecce qui mollia geſtant ſunt in domibus regum. Vale Vir Theologorum lumen, & ſi placebit reſcribe. Brunſuigæ 19. Jul. Anno 1596.

Ad Doctor. Conradum Schlüſſelburgium.

EPISTOLA CXIII.

Video, Vir reverende, Clariſsim. & doctiſsime, amice & frater in CHRISTO ſumma animi obſervantia colende, te ſollicitum eſſe in mittendis

ad me literis quacunque etiam data occaſione. Id ex bono & amico cordis tui erga me affectu magis quàm ex commodo aliquo ex meis literis ſperando, vel ſumendo proficiſci facilè animadverti. Ingratus igitur atque inſervilis fuero, ſi non par pari referens, meas tibi remittam quantumvis ſteriles & lectu horridiores. Ac debuiſſem ſanè interea, donec tabellarius ſpiram excurrens rediret, meditatè & compoſitè reſponſum ad tuæ D^tis ζητήματα adornaſſe. Verùm multis aliis interea detentus negotiis, non, niſi cùm hac hora me alloqueretur in reditu abitumq́; maturaret, ego etiam intra trium horarum ſpacium cathedrâ peroraturus ſum, calamum chartæ admovi. Si igitur non premeditatè omnia, ignoſce.

Quòd Senatus veſter Turcicum cenſum imponit veſtræ familiæ cuſtodibus & Organiſtis, eſt quidem onus grave & inauditum in his regionibus; ut & illud inventum lucroſum de colligenda

ſtipe

ſtipe pro militibus vulneratis. Et profectò miror hujusmodi conſilia, præ ſe ferentia quidem commune bonum Imperij, verùm ſub quibus Diabolus nihil aliud quàm odium & livorem ſuum in Eccleſiaſticos prodit, & cùm verbum, cibum ſpiritualem, non poſſit, alimentum corporis ſub ſpecie recti & vindicandæ libertatis, etiam infimæ fecis hominibus ſubtrahere conatur, potuiſſe à tantis viris approbari, confirmari, promulgari. Sed quid non mortalia pectora cogit Auri ſacra fames? Verùm num poſſitis vos iſthic docentes efficaciter huic malo ex verbo DEI reſiſtere, ſi precibus & privatis admonitionibus obtineri nihil poſſit, valdè ambigo. Primò enim in verbo DEI nuſpiam à DEO expreſſè prohibitum eſt Magiſtratui, ne ab Eccleſiaſticis quicquam horum poſtuletur, nec ullibi legitur, Deum velle ut parcatur his præ alijs. Secundò licet exempla in ſacris inveniantur de Pharaone & Artbaſaſta, qui lege ſancierunt, ne

F 4 terræ

terra Sacerdotalis oneretur penſione, Gen. 47. & ne Sacerdotibus, Levitis, Cantoribus, Janitoribus, & miniſtris domus DEI imponerentur tributa vectigalia & annonæ: tamen hæc ſpecialia exempla non ſunt divinitus mandata, ſed humanæ tantum conceſſiones, & reliquis Principibus conſcientiam non obligantes, ſunt libera per ſe laudabilia & omnibus imitanda. Et ſi mordicus hic exemplis vellemus impugnare quod factum eſt: Chriſtus poſſet produci & ablegari, qui non minus fuit Miniſter & Paſtor Eccleſiæ Judaicæ & indigena, nihilominus ne offenderet alios, qui objicere poterant collectoribus didrachmæ inæqualitatem, ſtaterem pro ſe & Petro ſoluit, Matth. 17. Notum eſt etiam in Helvetia miniſtros Eccleſiæ & omnes Eccleſiaſticos æquè omnia onera publica ferre cogi ac ſi eſſent plebei, non tantum pacis ſed etiam belli tempore. Tertiò poſſunt etiam veſtri Domini prætendere, ſe non ſuo arbitrio, ſed communi decreto totius

Imperij

Imperij adactos id moliri, ne contra datam fidem agere videantur. Quod ſi verùm eſt, ejusmodi Decretum inſertum eſſe conſtitutionibus Ratisbonæ anno 54. factis: difficulter id vitio illis verti, vel publicè argui poteſt. Neſcimus autem hæc apud nos DEI gratiâ; Nihil enim bonum à noſtris poſtulatum eſt unquam, neq; in hac noſtra civitate neq; in vicinis Ducatibus. Quartò videtur lex naturæ nos, qui fruimur temporalibus & humanis, patresfamilias æquè ut cives non eximere. Nam qui defenſionem habent à Magiſtratu, & fruuntur commoditatibus fori, macelli, & omnium eorum quæ ad alendam familiam neceſſaria ſunt, illi debet ſolvere tributum vectigale & alia viciſſim onera ferre; nec reſpiciendum eſt, unde Eccleſiaſtis accipiant ſuas facultates, ſicut nec Magiſtratus curat ubi cives ſua accipiant, modò honeſtè illa lucrentur. Huc alludit Wenceslaus Linkius olim ſub Luthero Eccleſiaſtes Noribergenſis ſuper Evangelium: Date Cæ-

ſari &c. Quintò cùm habeamus mandatum Pauli: Omnis anima ſubdita ſit poteſtatibus &c. Cogitet D.D. an jure divino ſimus exempti. Quòd ſi non exempti, ac nihilominus Imperatores ac magiſtratus pij hac gratiâ nos beant, ut ſimus ſub datis privilegiis liberi: agamus DEO gratias & acceptemus hoc commodum in ſilentio, nec vindicando libertatem neſcio quem irritemus Magiſtratum, ut communi nos vinculo conſtringant, nec illa liberalitas & reverentia Eccleſiaſticis hactenus præſtita degenerent in Tyrannidem. Cæſareæ Conſtitutiones, ut Friderici in C. tit. 12. & aliæ ex bona voluntate Imperatorum factæ ſunt. Ideoque Canoniſtarum privilegia non propter nos ſed propter ventres Pontificios, & ut Papa, Epiſcopi, Prælati, jugum politicum excuterent, data ſunt. Ideoque acquieſcamus ac fruamur hac commoditate quàm diu licuerit. Poſſet tamen D.D. apud ſuos Dominos hoc onus pauperibus deprecari honeſtis rati-

onibus

Digitized by Google

onibus, & factis faciendis rem Deo committere.

Alterum, quod quæris, concernit Inveſtituram Miniſtrorum verbi. Miror hic etiam eſſe homines ſanos & prudentes, qui inaugurationem iſtam, ſi legitimè adminiſtretur, rejiciant. Eſt enim mos hic non Papiſticus, niſi quod attinet quisquilias immixtas, ſed antiquiſſimus, cujus cauſas evidentes & ſummè utiles recenſere ſupervacaneum eſſe arbitror. Pertinere eam ad eſſentiam Miniſterij, patet ex vocatione, quæ debet eſſe certa & nota toti Eccleſiæ. Vocantur autem non à tota Eccleſia, ſed à delectis, nec experiuntur auditores, qui verè ſint vocati, niſi publicè id eis ſignificetur ab eo, penes quem eſt cura paſtoralis ſeu Epiſcopalis. Actorum 1. cùm vocaretur Matthias & electus eſſet, additus & annumeratus eſt undecim Apoſtolis. Et in hoc differunt, ut noſti, ordinatio & inveſtitura, quòd in illa datur novitio poteſtas in genere

prædi-

prædicandi verbum ubicunq; ſit futurus: in hac verò etiam neceſſe eſt novitium commendari Eccleſiæ ut oves agnoſcant ſuum paſtorem & admoneantur ſui officij, viciſſim ut paſtor agnoſcat ſuas oves & feriatur illi concione Prophetica cor, ut memor horum, quæ hic promittit, in omni vita faciat quod debet majori cura & vigilantia. Poſſent exempla hujus ceremoniæ oſtendi in Eccleſia primitiva & ſequenti, ſed nolo noctuas Athenas. Quia autē ſuſpicor, politicos ob id impugnare Inveſtituram, quia ſit à ſolo Epiſcopo, volo bono animo hanc addere correctionem, Noſti vocationem fieri debere à delectis quibusdam ex tribus Eccleſiæ membris, Magiſtratu, Miniſterio & Populo, Juſtum igitur videtur eſſe ut introductio ſimiliter à Delectis tribus horum ſtatibus fiat: à Syndico nimirum, nomine Senatus & Ciſtariis, ſeu Diaconis Eccleſſiæ, loco populi: Superintendente nomine Miniſterij, ut in multis locis id uſitatum eſſe vidi, ubi Politici prius mini-

ſtrum

Digitized by Google

ſtrum deducunt in templum, præſentibus paucis, eiq́ commendant Eccleſiam ejus Parochiæ: Deinde Superintendens in maxima populi frequentia eum toti cœtui commendat. Sed quid te his onero? eſt ſuus cuiq́ Eccleſiæ mos, quem apud vos hac ſcriptione non abrogo. Volui raptim excutere è calamo quæ dictavit ratio & verbi divini tenor. Tu Vir excellentiſſime vive & vale benè, & ſi erravi, tu quod optimum eſt ſequere. Brunſuigæ Dominica Jubilate, Anno 1596.

M. Lucas Martini.

Ad Dn. Conradum Schlüſſelburgium.

EPISTOLA XXXIV.

DOctiſſime Vir & Frater in Chriſto Chariſſime. Malim coram amanter tecum colloqui de iis quæ propoſuiſti, quam abſenti aliquid reſpondere, ſi loci vicinitas ita ferret. Nam & res ejuſmodi ſunt, ut prolixiorem requirant explicationem, & de quibus propter certas

cauſas

cauſas tutiùs ſit præſentes familiariter conferre, quàm literis aliquid committere. Sincero tamen amico candidè aliquid reſpondebo. Primùm quæris quid ſit faciendum, quomodo cenſeam loquendum, & quomodo periculoſiſſima controverſia, quæ agitatur inter fratres, poſſit ſopiri. Ego v. cenſeo his regulis inſiſtendum, ne declinemus ad dexteram aut ſiniſtram. Retineamus formam ſanorum verborum. Res & ſententias veras ſumamus ex ſcriptura Dei, loquamur verbis ſcripturæ & inde eas explicemus. Caveamus ne decipiamur per inanē philoſophiam. Removeatur diſputatio de ſubſtantia & Accidente, præcidantur novæ diſputationes quæ ex his natæ ſunt & naſcentur. Interficiatur error & vivat homo. Attendamus non ſolùm quid & quomodo quis loquatur, ſed etiam quid ſentiat, quid non ſentiat. Equidem exiſtimo neq; D. Hesbuſium neq; D. Wigandum credere, quòd Illyricus in tantum errorem & inſaniam ſit prolapſus, ut ſentiat ac defendat,

dat, Diabolum eſſe Creatorem ſubſtantiarum. Si de hoc verè convictus fuerit, & certò ſcire poſſim eum talia defendere, cum aliis piis impium dogma deteſtarer, quòd Diabolo ſubſtantiarum creationem tribuat. Ut enim nolim quenquàm accuſare innocentem de execrandis erroribus & hæreſibus, ita in nullius hominis gratiam vel minimum errorem excuſare & palliare aut defendere velim. Legi pleraque de hac infelici diſceptatione D. Matthiæ ſcripta, inſpexi quoque loca abs te monſtrata, ſed nusquam inveni, ſimpliciter & apertè ab eo affirmari, quòd Diabolus ſit creator & conditor ſubſtantiarum. Quin potius fol. 498. refutat eos, qui hoc obijciunt. Reſpondet quoque fol. 497. ad objectionem de Manichæorum deliriis. Item fol. 189. dicit, manere idem Individuum. In libro, Noſce teipſum, non procul ab eo loco à te indicato ſcribit, Corpore & anima manſiſſe idem Individuum quantumvis homo ſecundum partes ſubſtantia-

ſtantiales, intellectum & voluntatem, a Satana in ſuum filium aut ſemen ſit transfiguratus. Cum dicit, hominem veterem eſſe opus Diaboli conditum ad mala opera, indicat ſe reſpicere ad locum Pauli dicentis: Opus DEI eſtis conditi ad bona opera. addit enim, rectè dici poſſe inverſum illud Pauli de corrupto homine. quod intelligi vult non de creatione novæ ſubſtantiæ, ſed de natura corruptiore. In ſumma, nusquam ſimpliciter dicit: Subſtantiam hominis à Diabolo eſſe conditam vel creatam, ſed ubiq; addit, quod quatenus homo eſt corruptus & malus, hoc à Diabolo ſit, non à DEO. Non absq; cauſa aliquis quærere poſſit, an idem ſit dicere, affirmare Diabolum evertiſſe & corrupiſſe hominis bonam ſubſtantiam & in peſſimam formam transformaſſe! & dicere, Diabolum condere ſubſtvntias & animas creare? Vera charitas & candor hoc poſtulant, ut qui velit alicujus aſſertiones oppugnare & pro falſis reprehendere, primùm proponat

eas ijs

eas iis verbis & eo ſenſu, quo ab eo propoſitæ ſunt, & poſtea falſas arguat ac refutet. Utinam pij & pacifici viri in timore Dei, ſedatis animis, abſq; præjudiciis, utriusq; partis ſcripta legerent & attentè conferrent, quatenus primùm in rebus conſentiant; Deinde, ſi in rebus reperiatur conſenſio, de verbis & modo loquendi, ſeu de phraſibus, quomodo conveniri debeat, in medium conſulant, & ſi offendant novæ, inuſitatæ, duræ & periculoſæ formæ ſermonis, removeantur. Hæc ſcribo, non quòd errori cujusquam patrocinari velim, ſed ut ea, quæ ſpectant & conducunt ad piam concordiam & pacem inter fratres inſtaurandam, nec non ad diſsidia perniciosiſsima plenaq; ſcandalis removenda, aliquo modo ſuggeram &c.

Benè vale. Cum D. W. reverſus fuerit, ſcribe nobis de exitu Comitiorum, præcipuè de rebus attinentibus ad religionem & Eccleſiam, de quibus ubiq; piorum animi ſuſpenſi tenentur, & habentur

tur ſolliciti. Saluta meis verbis venerabilem Presbyterum D. Johannem Scheitlichium ſi quando vos inviſerit. Hamburgi, pridie Calend. Decembr. anno 1570.

T. Joachimus VVeſtphalus.

EPISTOLA II.

Sereniſsimo Regi Angliæ Philippus Melanthon S. P. D.

SEreniſſime Rex & Domine clementiſſime, Etſi me quædam graviſſimæ cauſæ hortabantur ut literas ad Regiam Majeſtatem tuam darem, & nota mihi eſſet publica omnium Doctorum opinio de tua bonitate atq; clementia: tamen me à ſcribendo pudor meus deterruiſſet, niſi me confirmaſſet D. Antonius Anglus Doctor amicus meus, qui me, anteà tuas virtutes heroicas ſuſpicientem, tamen ita nunc accendit commemoratione laudum tuarum, ut in ſpem venirem, Regi-

am

am Majeſtatem tuam, pro excellenti ſapientia atque humanitate ſua, literas meas æqui boniq; conſulturam eſſe, præſertim ſi pluribus non ſolùm de meo officio, ſed nonnihil etiam de republica ſcripturus eſſem.

Ac de me quidem dicam brevius, Quid enim in hac mea & ingenij & fortunæ tenuitate præſtare poſſum, quo animum erga Regiam T. M. meum declarare queam? Cæterùm ita ſemper judicavi, tùm bono ac ſalutari Principe nihil ſit amabilius nihil divinius, Regiam M. T. ab omnibus bonis viris propter excellentem in ſumma poteſtate moderationem ac juſtitiam meritò amandam eſſe. Plurimùm verò deberi Regiæ M. T. à noſtro ordine, videlicet à literarum ſtudioſis, quòd in ornandis excitandisque honeſtis diſciplinis R. M^tas. T. longè omnium Regum ac Principum ſtudium vicerit. Qua in re & ſapientiam & felicitatem tuam admirari ſoleo.

Quòd enim Regia M. T. judicavit curam literarum dignam eſſe magno Principe, vidit profectò quantum decus ſint, quantum afferant momenti ad ſocietatis humanæ conſervationem recta literarũ, legum, religionum ſtudia. Felicitas verò magna fuit, quod eodem tempore tàm multa egregia lumina ingeniorum tulit Anglia tua, ut numerare in his multos poſſimus conferendos cum ſummis viris qui unquàm doctrinæ laude floruerunt. Ac ſæpè cogitanti mihi de Regia M.to. T. venit in mentem, tale nunc amœnum ſeculum eſſe tuæ Britanniæ, quale fuit olim Ægypti regnante Ptolemæo Philoſopho, qui etſi opibus antecelluit omnes non ſolùm ſuæ ætatis reges & res geſſit bello egregias, tamen omnium gentium ac poſteritatis etiam amorem hoc nomine præcipuè meruit, quòd literarum ſtudia fovit & provexit. Itaq; ut Ptolemæo & cæteris regibus, quorum beneficio conſervatæ ſunt honeſtæ artes, ita Regiæ M. T. hoc nomine plurimùm debebit univerſum

genus

genus humanum. Hæc ſunt eruditorum in Germania de tua Virtute judicia.

Cum igitur erga literarum ſtudioſos tanta ſit benevolentia Regiæ M^tis. T. non dubitavi ad R. M. T. ſcribere ut oſtenderem quantum cupiam tali Regi commendatus eſſe. Scio Regiam M. T. non moveri hominis fortuna. Ideo me commendo Regiæ M. T. tanquam præcipuo ac penè unico literarum patrono, & omne meum ſtudium atq; operam, quantum quidem in hac ingenij mediocritate præſtare poſſum, ad R. M. T. defero. Sed non tàm meam cauſam agere inſtitui quàm publicam literarum, quarum & hoc tempore periculum Regia M. T. conſideret, vehementer oro. Non ſolum in cæteris regnis, ſed etiam in ipſa Germania literæ conterritæ ſunt iniquis hominum judicijs, & vocantur in odium propter religionis controverſias. Erit igitur ſapientiæ tuæ eò majore benignitate iſthic recta ſtudia excitare & pulſis Muſis hoſpitium præbere. Scimus & olim, cùm propter

arma Gotthica penè extinctæ eſſent in Europa literæ, ex Inſula tua rurſus in totum orbem propagatas eſſe. Hac in re præclarè de omni poſteritate & de univerſa Eccleſia mereri Regia M. T. poterit.

Nec verò dubito quin & ipſæ religionum controverſiæ mitigarentur, ſi R. M.tis T. autoritatem conferret cùm ad Reges cæteros ad moderationem flectendos, tùm verò etiam cum doctis hominibus de genere doctrinæ deliberaret. Nam & illud minimè obſcurum eſt in Eccleſiam abuſus quoſdam non diſſimulandos irrepſiſſe, neque tamen operam dant Reges, ut extet alia ſimplex & certa doctrinæ formula. Diſcordia publica locum præbet interdum etiam indoctis & malis, qui rerum iracundiam aſcendunt. Sed tamen erat adhibenda diligentia, ne interim ſimul res bonæ ac utiles eccleſiæ opprimerentur, neve in bonos exerceretur crudelitas. Graviſſimè Poëta, cùm inquit, de ſedandis populi motibus,

Tùm

Tùm pietate gravem ac meritis ſi fortè virum quem
Conſpexêre, ſilent, arrectisq; auribus aſtant.
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Virum pietate gravem ac meritis ad componenda diſsidia vult accedere, qualis eſt Regia M. T. quæ cùm ætate ſapientia, doctrina antecellat cæteris Regibus, tantum adferret ad hanc cauſam autoritatis, quantum alius nemo. Illa verò oratione apud R. M. T. non eſt opus, quàm glorioſum ſit Regi de univerſa Eccleſia, de toto genere humano benè mereri. Intelligit enim R. M. T. pro ſua excellenti ſapientia & hanc curam divinitus eſſe mandatam regibus, & quantam & quàm veram gloriam apud omnes gentes hoc beneficium pariturum eſſet.

Quare Regiam M. T. propter Chriſtum oro, ut hanc cogitationem ſuſcipere velit & de Regum voluntatibus flectendis ad moderationem, ne pariter boni & mali ſine diſcrimine trucidentur.

dentur, & de Chriſti gloria ornanda. Poſtremò oro, ut R. M. T. meas literas ſimplici animo ac bono ſtudio ſcriptas boni conſulat. Doctor Antonius ſumma fide & diligentia nobiſcum de certis articulis diſputavit, de quibus meum judicium ipſi præſcriptum dedi; de quo hoc teſtatum volo, me non ita amare meum judicium, quin, ſi quid reprehenderint aliquot boni & docti viri & communiter deliberata ipſorum ſententia, mea anteferri velim.

Chriſtus ſervet R. M. T. incolumem ad ſalutem publicam plurimarum gentium. Ex noſtra Academia Vitenbergenſi, die 13. Martij, anno 1545.

EPISTOLA III.

Reverendis viris eruditione & virtute præſtantibus, Dn. Johanni Spangenbergico, gubernanti Eccleſias Dei in Comitatu Mansfeldenſi, & Paſtoribus ac cæteris eorum collegis, amicis ſuis Philippus Melanthon S.

Reve-

REverendi viri & amici chariſsimi. Orat Filius Dei in agone ſuo, ut æternus pater conſenſum Eccleſiæ tueatur: ut ſimus unum in ipſo, ut verba quæ extant in ea narratione recitem. Nec eſt irrita illa Filij Dei precatio. Semper erit aliquis cœtus veræ doctrinæ conſentiens.

Legi veſtram deliberationem, quam judico & piam eſſe & cum noſtris ſententijs congruere. Etſi autem multa Eccleſiis noſtris minitantur, & profectò horribilis crudelitas in Suevia exercetur: tamen nec veræ doctrinæ corruptelas unquàm recipiemus, nec vitioſos cultus approbabimus. In alijs rebus adiaphoris, ſervitutem quamlibet duram tolerabimus. Nec propter leves cauſas occaſionem præbendam cenſemus ijs, qui pellere Paſtores conantur. Qua de re cùm à multis interrogati ſumus, ſcripſi quid mihi videatur.

Quanquam autem ſcio quibusdam

horridiores ſententias magis placere, tamen hæc magna cauſa eſt, cur ſervitutem toleremus, ne fiat in Eccleſiis ſolitudo, qualis jam in multis locis eſt ad Rhenum & in Suevia. Nulli ſunt congreſſus, templa muta ſunt. Ne Baptiſmus quidem in templis adminiſtratur. Pelluntur Paſtores, aliqui etiam trucidantur. Rapiuntur aliquorum conjuges & filiæ. Nec Magiſtratus ulli opem ferunt ſuis Paſtoribus. Quidam etiam gaudent eos excuti. Cùm igitur videamus quo in periculo ſint non tantum docentes, ſed etiã ipſæ Eccleſiæ, h. e. pij cœtus; tãtiſper, donec piè poſſumus, manere apud Eccleſias ſtudeamus, etiamſi toleranda eſt aliqua ſervitus, quæ tamen ſit ſine impietate. Oremus a. Filium Dei ut ipſe nos gubernet & pœnas mitiget. Non humanis conſilijs aut viribus retineri lux Evangelij in genere humano poteſt, ſed Dei opus & beneficium eſt tanti boni conſervatio. Ab ipſo igitur petamus & expectemus auxilium. Benè valete die 13. Januarij Anno 1549.

EPISTOLA IV.

Domino Johanni Sigefrido, Paſtori Eccleſiæ in oppido Brandenburgenſi.

Philip. Melanth.

REverende vir, amice & affinis chariſſime, Inter alias vos conſolatione confirmate quam filius Dei proponit inquiẽs: Non ſitis ſolliciti quomodo & quid dicturi ſitis. Dabitur vobis in illa hora quid dicendum ſit. Et ut vobis adſit Filius Dei toto eum pectore oro. Video Eccleſiam triſti ſervitute oppreſſam eſſe. Hæc ſapienter feramus ne deſerantur Eccleſiæ propter ineptos ritus, ſi modo abſit impietas. Neſcio qualis propoſitio in conventu futura ſit. Sed vos reſpondere poteritis, vos in doctrina & Miſſa nihil mutaturos eſſe. In cæteris rebus adiaphoris ego quoque ſervitutem tolerare non recuſo.

De

De Canone non eſt obſcura deliberatio. Ego eum nunquam approbabo. Si gloſſas Sidonij, putant ſufficere, errant. Nam & gloſſæ illæ confirmant falſam opinionē de applicatione operis Sacerdotis pro Eccleſia. Magna cauſa eſt & optarim te & alios pios & eruditos poſſe colloqui cùm de alijs articulis tùm præcipuè de Miſſa. Georgius præpoſitus Berlinenſis petivit, ut Gratiarum actionem, precationem & confeſſionem recitandā loco Canonis componam. Quod faciam, ſed judicio piorum ſubjiciam. Bene vale. die 5. Febr. anno 1549.

EPISTOLA V.

D. Georgio Bucholtzero, præpoſito Eccleſiæ Dei in urbe Arctoa, Philip. Melan.

S. D.

REverende vir. Oro Filium Dei Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum; ut gubernet conventum veſtrum & tueatur

tueatur pium conſenſum in his Eccleſiis. Scio magnos tumultus hoc anno futuros eſſe. Ideo Principes optarem non turbare Eccleſias, quæ alioqui magno in mœrore ſunt, & erunt, ſi præcipietur vobis ut Canonem legatis. arbitror multos diſceſſuros eſſe ex veſtris Eccleſiis. & profectò Sophiſticum eſt excuſare Canonem. Si Filius DEI offertur, cur orant tanquam pro filio Dei. Sed omitto diſputationem, optarim piè & graviter ſcriptā precationem ibi tentari, in qua hæc membra quinq; contineantur. 1. Gratiarum actio pro univerſis beneficiis Dei. 2. Deinde Precatio idonea. 3. Verba conſecrationis. 4. Profeßio fidei, quòd hanc ſumptionem credamus verè teſtimonium eſſe, quòd efficiamur filij Dei & accipiamus beneficia Evangelij. 5. Precatio pro gubernatoribus & aliis. At in Canone uſitato longè alia dicuntur.

Bene vale. 1. Febr. anno 1549.

Johan-

EPISTOLA VI.

Johannes Brentius D. Philippo Melanthoni.

S. in Chriſto.

LEgi literas tuas, curas & ſollicitudines, quandoquidem pietatem tuam quam erga patriam & Eccleſiam veſtram declaras, continent. Sed qua ratione tuis conſilÿs ſatisfieri poſsit non video. Speras inveniri poſſe aliquo modo, quo & Cæſareano Interitui & Chriſto ſervire queas. Hoc eſt in illis periculis quærere modum, quo duobus Dÿs inter ſe pugnantibus ſervire poſsis.

Manifeſtum eſt quòd urgeat Cæſar non ſententiam, quam quivis pro ſua libidine aut juxta ſuam opinionem ex interitu iſto ſumere poteſt, ſed ipſam literam hujus Interitus, literam, inquam, usque ad minimos apices vult obſervari.

Ne

Ne mihi nunc objicias declarationem quæ ſpargitur. Fieri quidem poteſt quod de ea aliquid inter Electores ſit collocutum, ſed an ea ſit Cæſari oblata & à Cæſare approbata, haudquaquam etiam inter eos qui eam ſpargunt, conſtat. Manifeſtum eſt etiam quod ſenatus, ſenatus inquam, (Non enim loquor de paucis pijs: ſed de majore parte, quæ vincit meliorem) omnino cupiat voluntati Cæſaris obſequi, ne ſe amplius tot periculis exponat. Manifeſtum quoque, quòd Interitus pugnet cum verbo DEI. Inter tàm pugnantia quæ poterit inveniri Concordia?

Succurrendum putas Eccleſiis & piis miniſtris. Rectè, ſi id fieri poſſit ſine contumelia Chriſti. Exiſtimas fortaſſis, Interimiſtas toleraturos piam doctrinam, ſi non accipiamus omnes ipſorum ceremonias. Sed an neſcis perſpicuè in Prooemio Interitus mandari, ne quis loquatur aut ſcribat adverſus hunc librum? Quæ eſt iſta doctrinæ libertas?

Quare

Quare ſi Eccleſiæ & pij miniſtri non poſſunt alia ratione quàm contumelia piæ doctrinæ ſervari, commendemus eos Chriſto filio Dei, huic erunt curæ. Nos intereà feramus patienter noſtrum exilium & expectemus Dominum.

In hoc Ducatu permittitur ſeorſim pia doctrina. Papatus & Interimiſticus cultus conflatur in unum, & fiet ex eis unum compoſitum. Et quid inde præter Samaritanam religionem aut chymæram naſcetur. Quare mittas iſta conſilia & ponamus has curas. Deus tuebitur ſuam Eccleſiam. Et non exigit ut faciamus mala & periculoſa, ſeu, ut iſti loquuntur, ſcandaloſa, quò fiant bona. Vides quàm frigido affectu deſiderent meliora etiam hi, quos putamus meliores. Cur igitur propter hoc ſuſciperemus conſilia conſcientiæ noſtræ graviſſima. Nam qui vere pij ſunt, ut ſunt pauciſſimi, habent ductorem, qui non ſinet ipſos ſibi eripi, donec illuſtretur gloria Domini, etiam in oculis hujus mundi.

Memi-

Digitized by Google

Memineris quæſo quod Chriſtus dicit: Multi vocati, pauci verò electi. Qui illi multi ſunt? Civitas. Qui illi pauci? Eccleſia. Civitas igitur non eſt in Eccleſia, ſed Eccleſia in Civitate. Dominatur autem Civitas, quia multi; Eccleſia ſubjicitur, quia pauci. Ergo ferendum eſt Eccleſiæ, quod Civitas ferendum imperat. Hoc eſt, ejiciantur pij Doctores Eccleſiæ, ut reſtituatur Idololatria, turbetur diſciplina. Interea reſpiciat Eccleſia ad Dominum & expectet liberationem. Cur nos poneremus piæ Eccleſiæ onera intolerabiliora? Et hæc quidem de illuſtrioribus locis & civitatibus dixerim. Nam quid ſentiam de obſcurioribus locis ſeu pagis, exponet tibi N. meam ſententiam, & etiam de tuis rebus. Tuæ enim res non minus nobis quàm noſtræ tibi curæ ſunt. Benè & feliciter vale. Anno

1549.

EPISTOLA VII.

An den Churfürſten zu Brandenburg von D. Stancari Zanck mit D. Muſculo.

GOttes Gnade durch ſeinen eingebornen Sohn Jeſum Chriſtum vnſern Heyland vñ warhafftigen Helffer zuvor. Durchläuchtigſter Hochgeborner gnädigſter Churfürſt vñ Herr/ E.C.F.G. ſchrifft hab ich zu Torgaw entpfangen/ den 2. Oct. Da ich auch zugleich ein Schrifft vom Raht zu Augſpurg entpfangen: Welcher Copia E.CF.G. ich mit ſende. Denn E.CF.G. gerne vernehmen werden/ das Käyſerliche Majeſtat gnädiglich gewilliget/ Daß die Kirchen zu Augſpurg Chriſtlich beſtellet werden ſollen. Vnd fordert die Nohtdurfft/ daß ich auch zu Leipzig mit dem Ehrwürdigen Herrn Sarcerio von etlichen Perſonen vnterrede. Darumb ich zu

dieſer

dieſer Zeit auff den ernandten Tag zu Berlin nicht ankommen kan.

Weiter bitte ich E. CF. Gn. wollen gnädiglich bedencken / wie fährlich das ſeyn wil / So beyde Doctor Stancarus vnnd Doctor Muſculus gegen einander gehört werden / vnd zu beſorgen / wie offt in ſolchen Colloquijs geſchehen / das groſſer Vnraht daraus erfolget / Vnud achte viel möglicher das man keinen für beſcheiden mag. Denn Einigkeit iſt nicht zuhoffen zwiſchen jhnen. Sondern daß E. CF. G. ſelbſt / als ein Hochlöblicher Churfürſt / der Chriſtlichen Lehr einen hohē Verſtand hat / beyder Geſchrifften erwegen wollen / auch darnach etlicher anderer / als deß Achtbarn vnd Hochgelahrten Herrn Doctoris Hieronymi als eines alten weiſen Chriſten Mannes / vnd anderer Verſtändigen vnd Alten Bedencken anhören. Vnd ſo E. CF. G. derſelben Schriffte dem Ehrwürdigen Herrn Doctori Pomerano zu-

 ſchicken /

ſchicken / So wollen wir ſie mit Fleiß erwegen / vnnd vnſer Chriſtlich Antwort darauff ſtellen. Denn zu dieſer Zeit kan Doctor Pomeranus, dieweil die Lufft zu Wittenberg vnreine iſt / nicht zu E. C. F. G. reiſen. Wo aber E. C. F. Gn. gleichwol begehren würden / daß ich ſelbſt zu E. C. F. G. kommen ſol / wil ich in aller Vnterthänigkeit gehorſamb ſeyn. Vber diß alles / wiewol ich noch nicht weiß / wovon D. Stancarus vnd D. Muſculus ſtreiten / So habe ich doch vor dieſer Zeit / in Doctoris Stancari Buch dieſe Propoſition geleſen / die er auch wil ſchützen: Der HErr Chriſtus ſey Mitler allein nach der Menſchheit.

Wo nun davon allein der Streit iſt / So wil E. C. F. Gn. ich jetzo vnterthäniglich berichten / Daß dieſelbige Propoſition vnrecht vnnd zu keinem Wege nicht zu billichen iſt / Denn der HERR Chriſtus iſt vnd bleibet Mitler nach beyden Naturen. Denn in deß

deß Mitlers Ampt gehört nicht allein dz Leyden/ſondern auch der Sieg vnd die Fürbitte/ dadurch der HErr Chriſtus in der Göttlichen Majeſtat heimlichen Raht gehet/ iſt der Hoheprieſter/ ſtillet den gerechten groſſen Zorn wider die Sünde/ vnd bittet für vns allda. Dieſes ſind proprietates der Göttlichen Natur/ Vnd iſt klar geſagt von der Göttlichen Natur: Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Item, exinanivit ſe. Davon viel zu reden/ ſo wir Erklärung thun ſollen.

Dieſes hab E. ChurF. Gn. ich in Vnterthänigkeit nicht verhalten wollen.

E. CF. Gn.

Vnterthäniger

Philip. Melanthon.

EPISTOLA VIII.

Dn. Georgio Bucholtzero, Paſtori Eccleſiæ Dei in urbe Arctoa fideliter, docenti Evangelion, amico ſuo.

S. D.

Reverende vir & amice colende, Certè oportet in Eccleſia modum eſſe quæſtionum & argutiarum. Cum apud me recito dictum Domini noſtri Jeſu Chriſti, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis & ego reficiam vos; Intelligo eum Mediatorem eſſe ſecundum divinam & humanam naturam. Et reficit non ſolùm quia patitur, ſed etiam quia conculcat caput ſerpentis, vicit in paſſione ſua &c. Et, ſicut tota vetuſtas loquitur, ut obedientia hujus mediatoris eſſet æquivalens precium, mediator eſt non tantùm homo ſed Deus. Huc pertinent dicta ad Philip. Exinanivit ſe &c. & Irenæus: Quievit divina natura ut pati humana poſſet.

Quod

Digitized by Google

Quod autem opponitur Stancarus argumentum: Si divina natura eſſet mediatrix, eſſet reſpectu ſui mediatrix, Miror hoc argutè excogitatum eſſe. Diſcerni oportet Miſſum filium à mittente tota divinitate. Filius in quantum miſſus, eſt Mediator. Interea tamē verum eſt, mitti eum decreto totius divinitatis. Hæc planiſſima ſunt pijs. Si vellem & ego verbis exagitare contrarias cavillationes, non pauca mihi in mentem venirent. Sed reverenter de tantis rebus loquendum. Eſt miranda ſapientia, quam in tota æternitate diſcimus. Tota divinitas decretū facit, ut hoc modo redimatur genus humanum per filium & is ſubjicit ſe æterno patri. Ita jam Miſſus habet, ut ita dicam, functionem aliam, quàm tunc habuit cùm ſedit in conſilio, in quo tota divinitas mirando temperamento juſtitiæ & miſericordiæ decretū de redemptione fecit.

Scribam aliàs plura de hac re, præſertim, ſi ſcripta D. Stancari & D. Muſculi videro. Hanc meam reſponſionem pote-

ſtis legere Illuſtriſſimo Principi Electori. Et quæſo ut mihi rurſus ſcribatis. Bene valete die 4. Octob. anno ſalutis 1552.

Philippus Melanthon.

EPISTOLA XI.

Ad Magiſtrum Balthaſarum Thuringum Concionatorem Coburgenſem Philippus Melanthon.

IN cauſa συνάξεως meipſum offendit conſecratio ut vocant, & Oecolampadius vehementer urget quomodo fieri poſſet, ut vocetur de cœlo Chriſtus? fiat ne hoc meritis aut precibus ſacerdotis ſeu populi, an ut quibusdam placuit virtute verborum. Tandem veni in hanc ſententiam, nec meritis nec precibus ſacerdotis ſeu populi tribuendum eſt, quod Chriſtus dat nobis ſuum corpus & ſanguinem nec virtute verborum, id enim ut ſonat, magnum eſt. Hoc magis placet, cauſſam inſtitutionis Chriſti conferre. Sicut enim Sol quotidiè oritur propter ordinationem Divinam: Sic

Sic Chriſti corpus propter ordinationem in Eccleſia eſt ubicunq́ Eccleſia eſt.

Et quod quidam diſputant Chriſti corpus non poſſe in multis locis eſſe, id non ſatis probant: Chriſtus enim exaltatus eſt ſuper omnes creaturas & adeſt ubiq́. Inquit enim ubicunq́ duo aut tres in nomine. Hæc annotavi ut tibi fortè anxiè rogitanti de hac controverſia in eam ſententiam, quid ipſe de his argumentis ſentiam, aperirem. Quæris: An illis ſacramentum ſit dandum qui publico judicio damnati ſunt, num periculum ſit, ut non credant? Reſp. D.M. Lutheri: Ego do illi propter confeßionem Das gehet dem Miniſtro nichts an/ *an credat nec non, exhibeatur illi verum ſacramentū.* Ich muß gläuben. *Quia dicit ſe pœnitere, ſi me fallat, non me ſed ſeipſum fallit. Sacramenta & abſolutio per ſe nihilominus vera ſunt.*

An hæreticus poßit conferre ſacramenta. Reſp. D. Lutheri: Si neſcitur eſſe hæreticus poteſt conferre. At ſtatim poſt-

men/ & nõ ſpiritualia. Hic voluit ſe Deus corporaliter an den Tag geben/ & Deus voluit eſſe palpabilis, Quod videmus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ. Sic quoq; dedit corporale & reale verbum Baptiſmum, corpus & ſanguinem, ut habeamus viſibilia & corporalia omnia. Ego quæro phanaticos illos ſpiritus, reſpondeant. Si Deus non eſt palpibilis, quomodo certi eſſe poſſunt Deum eſſe? Es ſind tolle Eſelskôpffe. De præſentia Chriſti in ſacramento cum quidam diceret in ſacramẽto totum eſſe Chriſtum ſed nõ totaliter cum omnibus actionibus ſuis & virtutibus. Reſp. Lutherus. In articulo de Trinitate & ſacramentis nõ eſt nobis ſpectandum noſtro more Iudicia n. Dei ſunt longe diverſiſſima. Nobis eſt cogitandum de illius verbo, quod ipſius potentiã & bonitatẽ nobis præſcribit, dem ſollen wirs befehlẽ / der wirds wol machen/ vñ nit verderben. Chriſtus eſt perſonaliter in humanitate & corporaliter in ſacramento. Wie aber ſolches zugehe non eſt noſtrum ſcrutari.

Ne-

Digitized by Google

Nemo poteſt rationem reddere, Quare DEUS Ninivitis pepercit, in qua civitate tamen ultra 20000. hominum fuerunt, & cur non Sodomitis quoq; pepercerit. Idem. Deitas neq; corpus neq; ſanguinem habet, & eſt conjuncta humanitati Chriſti & eſt ubiq; Humanitas Chriſti eſt conjunctiſsima Divinitati, & ſunt Deitas & Humanitas in Chriſto inſeparabiles. Ergò corpus & ſanguis in ſacramento ejusq; actione ſunt ubiq;, juxta hæc verba: Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus, & ero vobiſcum ad conſumationem ſeculi. Ætatem æviternumq; vivite Anno 1561.

EPISTOLA XII.

Epiſtola de morte Friderici Staphyli, Jeſuitarum Patroni & doctrinæ cœleſtis hoſtis acerbiſſimi, ſcripta ad Doctorem Martinum Chemnitium Eccleſiæ Brunſuicenſis Superintendentem, Anno 1564. 15. Junij, à M. Cyriaco Spangenbergio, Eccleſiæ Mansfeldenſis Decano,

Salu-

SAlutem per Chriſtum ad dextram Dei ſedentem, & ſuis fidelibus omnibus, usq; ad finem ſeculi præſentem. A fide dignis hominibus ad me venerande Martine perſcriptum eſt, Staphylum, mendacem & blaſphematorem impuriſsimum, poſtquam aliquot diebus, linguæ uſu privatus decubuiſſet, quarto tandem Martij, animam infelicẽ efflaſſe. Obierunt preterito anno illi filius natu maximus & filia peſte infecti, quod malum vehementer timens, quam vir non admodum graſſatum ſit in urbe Engelſtadenſi aliquoties mutaturus aerem, aufugit, & rediјt tamen. Tandem verò fortaſsis ex mœrore ob amiſſos liberos & livore adverſus Lutheranos in morbum acutiſsimum incidit: quo conſumptus moritur, antequam finiret peſtilentiſsimum librum quem cæperat contra noſtram Religionem publicis typis invulgare, probaturus noſtram doctrinam nihil niſi meras Antilogias, & conſutã ex omnibus

eſſe

eſſe hereſibus: idq́ ex Lutheri detortis verbis demonſtrare conatus eſt, voluitq́ hunc librum ſine ſuo, veluti ſpiritus tenebrarum edere nomine.

Deductum eſt cadaver iſtius in cœnobium Minoritarum (quibus cẽtum in teſtamento florenos legaverat) cum magna ſolennitate: ſed cum D. Bezerus vir ex Senatoribus non poſtremæ autoritatis huc permittere noluiſſet, ut leviſſimi & turpiſſimi hominis Apoſtatæ (nam antea Lutheranæ doctrinæ, cum in Academia Regimontana Boruſſorũ Profeſſ. Theol. ageret, ſtrenuus aſſertor fuit) exuviæ attingerent ſuorũ Majorum monumenta, aut apponerentur oſſib. ſuorum Progenitorũ, ibidem collocatis: multa ſunt à vulgo in Staphylũ conjecta ſcõmata, dicentib. quibuſdã, eſſe eum extra urbem ſepeliendũ: aliquibus nõ procul deeſſe arborẽ, de qua cõmodè ſuſpendi poſſit. Tandem de novo ſepulchro homini impio conſtruendo ſuis Patronis convenit: quod cum vix paratũ fuiſſet non ſine magno ſumptu concameratus

ratis fornicibus, præter omnium ſpem ultro rurſus corruit: denuò igitur refectum, poſtquam per triduum in illo templo cadaver eſſet commoratum.

Secunda vice, teſtudo tumbæ decidens feretrum concuſſit & ſuppreſſit.

Sic humatus atque ſepultus eſt Staphylus, acclamantibus quibuſdam, ut benè conderetur, ne Diabolus rurſus illum extraheret.

Quem nunc ſibi patronum ſtolidi & inepti Pontificij deligent?

Magna ipſis fuit ſpes in Goliato hoc, incircumciſo, quem putabant totum Luteraniſmum proſtraturum eſſe, ſed turpiter falſi ſunt.

Vale in Domino & Magiſtrum Zangerum mihi alioquin ignotum ex me reverenter ſaluta atque per hunc meum tabellarium ex Ducatu Lunenburgenſi reverſurum reſponde. Datæ Dominica Exaudi in oppido Mansfeldio, Anno Domini 64. 15. Junij.

Tuus Totus M. Cyriacus Spangenbergius.

Epiſt.

Digitized by Google

ſchicken / So wollen wir ſie mit Fleiß erwegen / vnnd vnſer Chriſtlich Antwort darauff ſtellen. Denn zu dieſer Zeit kan Doctor Pomeranus, dieweil die Lufft zu Wittenberg vnreine iſt / nicht zu E. CF. G. reiſen. Wo aber E. CF. Gn. gleichwol begehren würden / daß ich ſelbſt zu E. CF. G. kommen ſol / wil ich in aller Vnterthänigkeit gehorſamb ſeyn. Vber diß alles / wiewol ich noch nicht weiß / wovon D. Stancarus vnd D. Muſculus ſtreiten / So habe ich doch vor dieſer Zeit / in Doctoris Stancari Buch dieſe Propoſition geleſen / die er auch wil ſchützen: Der HErr Chriſtus ſey Mitler allein nach der Menſchheit.

Wo nun davon allein der Streit iſt / So wil E. CF. Gn. ich jetzo vnterthäniglich berichten / Daß dieſelbige Propoſition vnrecht vnnd zu keinem Wege nicht zu billichen iſt / Denn der HERR Chriſtus iſt vnd bleibet Mitler nach beyden Naturen. Denn in

deß

deß Mitlers Ampt gehört nicht allein dz Leyden/ſondern auch der Sieg vnd die Fürbitte/ dadurch der HErr Chriſtus in der Göttlichen Majeſtat heimlichen Raht gehet/ iſt der Hohepriester/ ſtillet den gerechten groſſen Zorn wider die Sünde/ vnd bittet für vns allda. Dieſes ſind proprietates der Göttlichen Natur/ Vnd iſt klar geſagt von der Göttlichen Natur: Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Item, exinanivit ſe. Davon viel zu reden/ ſo wir Erklärung thun ſollen.

Dieſes hab E. Churf. Gn. ich in Vnterthänigkeit nicht verhalten wollen.

E. CF. Gn.

Vnterthäniger

Philip. Melanthon.

EPISTOLA VIII.

Dn. Georgio Bucholtzero, Paſtori Eccleſiæ Dei in urbe Arctoa fideliter, docenti Evangelion, amico ſuo.

S. D.

REverende vir & amice colende, Certè oportet in Eccleſia modum eſſe quæſtionum & argutiarum. Cum apud me recito dictum Domini noſtri Jeſu Chriſti, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis & ego reficiam vos; Intelligo eum Mediatorem eſſe ſecundum divinam & humanam naturam. Et reficit non ſolùm quia patitur, ſed etiam quia conculcat caput ſerpentis, vicit in paſſione ſua &c. Et, ſicut tota vetuſtas loquitur, ut obedientia hujus mediatoris eſſet æquivalens precium, mediator eſt non tantùm homo ſed Deus. Huc pertinent dicta ad Philip. Exinanivit ſe &c. & Irenæus: Quievit divina natura ut pati humana poſſet.

Quod

Digitized by Google

Quod autem opponitur Stancarus argumentum: Si divina natura eſſet mediatrix, eſſet reſpectu ſui mediatrix, Miror hoc argute excogitatum eſſe. Diſcerni oportet Miſſum filium à mittente tota divinitate. Filius in quantum miſſus, eſt Mediator. Interea tamē verum eſt, mitti eum decreto totius divinitatis. Hæc planiſſima ſunt pijs. Si vellem & ego verbis exagitare contrarias cavillationes, non pauca mihi in mentem venirent. Sed reverenter de tantis rebus loquendum. Eſt miranda ſapientia, quam in tota æternitate diſcimus. Tota divinitas decretū facit, ut hoc modo redimatur genus humanum per filium & is ſubjicit ſe æterno patri. Ita jam Miſſus habet, ut ita dicam, functionem aliam, quàm tunc habuit tùm ſedit in conſilio, in quo tota divinitas mirando temperamento juſtitiæ & miſericordiæ decretū de redemptione fecit.

Scribam aliàs plura de hac re, præſertim, ſi ſcripta D. Stancari & D. Muſculi videro. Hanc meam reſponſionem pote-

ſtis legere Illuſtriſſimo Principi Electori. Et quæſo ut mihi rurſus ſcribatis. Bene valete die 4. Octob. anno ſalutis 1552.

Philippus Melanthon.

EPISTOLA XI.

Ad Magiſtrum Balthaſarum Thuringum Concionatorem Coburgenſem Philippus Melanthon.

IN cauſa συνάξεως meipſum offendit conſecratio ut vocant, & Oecolampadius vehementer urget quomodo fieri poſſet, ut vocetur de cœlo Chriſtus? fiat ne hoc meritis aut precibus ſacerdotis ſeu populi, an ut quibuſdam placuit virtute verborum? Tandem veni in hanc ſententiam, nec meritis nec precibus ſacerdotis ſeu populi tribuendum eſt, quod Chriſtus dat nobis ſuum corpus & ſanguinem nec virtute verborum, id enim ut ſonat, magnum eſt. Hoc magis placet, cauſſam inſtitutionis Chriſti conferre. Sicut enim Sol quotidiè oritur propter ordinationem Divinam: Sic

Sic Chriſti corpus propter ordinationem in Eccleſia eſt ubicunq; Eccleſia eſt.

Et quod quidam diſputant Chriſti corpus non poſſe in multis locis eſſe, id non ſatis probant: Chriſtus enim exaltatus eſt ſuper omnes creaturas & adeſt ubiq;. Inquit enim ubicunq; duo aut tres in nomine. Hæc annotavi ut tibi fortè anxiè rogitanti de hac controverſia in eam ſententiam, quid ipſe de his argumentis ſentiam, aperirem. Quæris: An illis ſacramentum ſit dandum qui publico judicio damnati ſunt, num periculum ſit, ut non credant? Reſp. D.M. Lutheri: Ego do illi propter confeßionem Das gehet dem *Miniſtro* nichts an/ *an credat nec non, exhibeatur illi verum ſacramentū.* Ich muß gläuben. *Quia dicit ſe pœnitere, ſi me fallat, non me ſed ſeipſum fallit. Sacramenta & abſolutio per ſe nihilominus vera ſunt.*

An hæreticus poßit conferre ſacramenta. Reſp. D.Lutheri: Si neſcitur eſſe hæreticus poteſt conferre. At ſtatim poſt-

men/ & nõ ſpiritualia. Hic voluit ſe Deus corporaliter an den Tag geben/ & Deus voluit eſſe palpabilis, Quod videmus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ. Sic quoq; dedit corporale & reale verbum Baptiſmum, corpus & ſanguinem, ut habeamus viſibilia & corporalia omnia. Ego quæro phanaticos illos ſpiritus, reſpondeant. Si Deus non eſt palpibilis, quomodo certi eſſe poſſunt Deum eſſe? Es ſind tolle Eſelsköpffe. De præſentia Chriſti in ſacramento cum quidam diceret in ſacramẽto totum eſſe Chriſtum ſed nõ totaliter cum omnibus actionibus ſuis & virtutibus. Reſp. Lutherus. In articulo de Trinitate & ſacramentis nõ eſt nobis ſpectandum noſtro more Iudicia n. Dei ſunt longe diverſiſſima. Nobis eſt cogitandum de illius verbo, quod ipſius potentiã & bonitatẽ nobis præſcribit, dem ſollen wirs befehlẽ / der wirds wol machen/ vñ nit verderben. Chriſtus eſt perſonaliter in humanitate & corporaliter in ſacramento. Wie aber ſolches zugehe non eſt noſtrum ſcrutari.

Ne-

Nemo poteſt rationem reddere, Quare DEUS Ninivitis pepercit, in qua civitate tamen ultra 20000. hominum fuerunt, & cur non Sodomitis quoq; pepercerit. Idem. Deitas neq; corpus neq; ſanguinem habet, & eſt conjuncta humanitati Chriſti & eſt ubiq; Humanitas Chriſti eſt conjunctiſsima Divinitati, & ſunt Deitas & Humanitas in Chriſto inſeparabiles. Ergò corpus & ſanguis in ſacramento ejusq; actione ſunt ubiq;, juxta hæc verba: Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus, & ero vobiſcum ad conſumationem ſeculi. Ætatem æviternumq; vivite Anno 1561.

EPISTOLA XII.

Epiſtola de morte Friderici Staphyli, Jeſuitarum Patroni & doctrinæ cœleſtis hoſtis acerbiſſimi, ſcripta ad Doctorem Martinum Chemnitium Eccleſiæ Brunſuicenſis Superintendentem. Anno 1564. 15. Junij, à M. Cyriaco Spangenbergio, Eccleſiæ Mansfeldenſis Decano.

Salu-

SAlutem per Chriſtum ad dextram Dei ſedentem, & ſuis fidelibus omnibus, usq; ad finem ſeculi præſentem. A fide dignis hominibus ad me venerande Martine perſcriptum eſt, Staphylum, mendacem & blaſphematorem impuriſſimúm, poſtquam aliquot diebus, linguæ uſu privatus decubuiſſet, quarto tandem Martij, animam infelicē efflaſſe. Obierunt præterito anno illi filius natu maximus & filia peſte infecti, quod malum vehementer timens, quam vir non admodum graſſatum ſit in urbe Engelſtadenſi aliquoties mutaturus aerem, aufugit, & rediјt tamen. Tandem verò fortaſſis ex mœrore ob amiſſos liberos & livore adverſus Lutheranos in morbum acutiſſimum incidit: quo conſumptus moritur, antequam finiret peſtilentiſſimum librum quem cæperat contra noſtram Religionem publicis typis invulgare, probaturus noſtram doctrinam nihil niſi meras Antilogias, & conſutā ex omnibus

eſſe

Digitized by Google

ratis fornicibus, præter omnium ſpem ultro rurſus corruit: denuò igitur refectum, poſtquam per triduum in illo templo cadaver eſſet commoratum.

Secunda vice, teſtudo tumbæ decidens feretrum concuſſit & ſuppreſſit.

Sic humatus atque ſepultus eſt Staphylus, acclamantibus quibuſdam, ut benè conderetur, ne Diabolus rurſus illum extraheret.

Quem nunc ſibi patronum ſtolidi & inepti Pontificij deligent?

Magna ipſis fuit ſpes in Goliato hoc, incircumciſo, quem putabant totum Luteraniſmum proſtraturum eſſe, ſed turpiter falſi ſunt.

Vale in Domino & Magiſtrum Zangerum mihi alioquin ignotum ex me reverenter ſaluta atque per hunc meum tabellarium ex Ducatu Lunenburgenſi reverſurum reſponde. Datæ Dominica Exaudi in oppido Mansfeldio, Anno Domini 64. 15. Junij.

Tuus Totus M. Cyriacus Spangenbergius.

Epiſt.

EPISTOLA XVI.

SAlutem & hunc novum annum tibi, mi Conrade, fauſtum, felicem ac ſalutarem precor. Totus exhorrui, cum quæ de ſacra cœna quoſdam apud vos docere communis fama referebat ex literis tuis verè ita prolata eſſe intelligerem. O miſeram juventutem, cui tam perverſos habere præceptores contigit! O deploranda tempora, in quæ miſerrima noſtra incidet poſteritas! Sæpè adverſarij dicere, ſcribere & neſcio quam ſpem ſibi facere ſolent poſteritatem de his controverſiis æquius judicaturam. Debebamus quidem & nos eadem ſperare, ſed dum juventutem tam craſſis & explodendis erroribus corrumpunt, facilè quivis conijcere poterit, qualia futura ſint diſcipulorum eorum judicia. Ne Turca quidem tantam edidit ſtragem quantam ſuperioribus annis in ſcholis & Academijs corruptelarum ediderunt autores & defenſores! Negare realem Idiomatum communicationem eſt

totum

totum Lutheri librum de concilijs & eccleſiis ſimpliciter damnare: Dicere Chriſtum ſecundum humanitatem non eſſe ubiq;, eſt ſeparare duas in Chriſto naturas, imo duos ſtatuere Chriſtos. Petis ſolutionem iſtius argumenti, quod adamantinum novi illi Calviniſtæ vocant: Duo contraria in ſummo & excellentiſſimo gradu non poſſunt ſimul & ſemel eſſe in uno eodem ſubjecto. Chriſtus & Diabolus ſunt talia. Ergò non ſunt ſimul & ſemel in uno ſubjecto, & per conſequens impij, qui ſunt templum Diaboli, non accipiunt Chriſtum in cœna. Quamvis autem non dubitem, Reverendos & pijſſimos viros Dominum Superintendentem & M. Theobaldum confratres meos colendiſſimos qui eruditione me longe ſuperant concinnas ad jam recitatum argumentum reſponſiones tibi communicaturos, volui tamen & ego paucis meam ſolutionem ad te perſcribere. Reſpondeo ergo ad totum argumentum; & primò, nego conſequentiam. Nam non valet

conſequentia à rationibus philoſophicis & experientia rationis ad Theologica mysteria. Deinde respondeo ad Majorem, quæ ſemper non eſt vera. Loquitur enim de præſentia duarum rerum in uno & eodem ſubjecto vel locali & ſecundum dimenſiones; vel ita efficaci, ut utraq; ſimul & ſemel dominium in ſubjectum obtineat. Longè autem alia ratio eſt præſentiæ corporis Chriſti, veræ ac ſacramentalis in ore hominis impij manducantis ſacrum panem ſub adminiſtratione recta cœnæ Dominicæ. Ibi enim propter ſuperiorem regulam, negare veram corporis Dominici vel ipſius Chriſti præſentiam propter ſimul tum in impio Diaboli præſentiam & imperium, idem eſt atq; negare Deum non eſſe ubiq;, cum multa proculdubio loca etiam Satanas occupet, & ſub cœlo & in aere dominetur. Item negare novum & veterem hominem ſimul eſſe & exſtare in quolibet Chriſtiano dum in hac vita moratur. Item negare in uno eodemque corde homi-

hominis Chriſtiani ſimul & ſemel eſſe, & inter ſe confligere, Fidem DEI donum & incredulitatem innatum nobis malum. Sed objicitur: Paulum diſtinguere hic ſubjecta, cum legem Dei in mente, Legem autem diverſam in membris ſuis vel Chriſtum in corde, Malum autem in carne ſua habitare dicat. Reſpondeo: Poſterior diſtinctio non eſt adeò exacta, ut non utrumq; ſubjectum de toto homine intelligi poſſit. Altera v. licet accuratior videri queat, ita ut per cõceſſionem aliquid dare adverſario velimus, non tamen aliud discrimẽ inde ſequetur. Quã ſimul & ſemel in unius hominis impij corde Satanam habitare, & ejusdẽ hominis impij ore verum Chriſti corpus in ſacramẽto percipi poſſe licet non ad ſalutẽ ſed ad judiciũ totius ſubjecti. Tandẽ quæro, cur non ſacramẽtaliter verè Chriſtus in cœna tam ab impijs quam credentibus ſumpta adeſſe poſſit, cũ tamen Enter præſenter ubiq; ſit, ita ut in eo omnia ſubſiſtãt & ſine ejus præſentia nihil permanere poſſit.

Sed de hac re ſatis, Audio Crellium cõtra meum libellum aliquid editurum, quodquidem libenter audivi: Sic enim illorum craſſa de Myſterijs fidei, inſcitia toti orbi manifeſtabitur. Peucerus quo ſpiritu agatur, ſatis prodit. Manifeſtum enim mendacium eſt, quod de me ſpargit, me ſcilicet docere: Deum eſſe cauſam peccati. Imò ego hanc quorundam Calviniſtarum impiam vocem publicè deteſtor, & in meo etiam libello refuto. Inſignis igitur mihi ab his filijs Belial fit injuria, quam Deo vindicandam remitto. Datæ Islebij 1568. 3. Januarij.

M. Cyriacus Spangenberg.

Epistola XVII.

G. P.

ET *conſtantiam in agnita veritate per Chriſtum Dominum noſtrum Amen. Tuas literas cum adjuncta confeſſione tua de quibuſdam articulis, de quibus (proh dolor) nunc in Eccleſia,*

non ſine magno ſcandalo & malo ac multarum animarum interitu controvertitur, accepi, & ſummo cum animi dolore perlegi, quod video pulcherrimum illum Eccleſiæ Chriſti locum & olim ſeminarium in tam diabolicam lernam omnium perverſorum dogmatum & ſeminarium Hæreſium multarum degeneraſſe: Sed novit Dominus ſuos, & procul dubio dabũt authores illi ſcandalorum juxta ſententiam Salvatoris Matth. 18. horribiles ac æternas pœnas. Conſolatur autem ẽ contra me, quod videam in te jam impleri illud Davidis: Ex ore infantium ac lactentium perfeciſti laudem, & quod addit Chriſtus: Si tacuerint hi, lapides loquentur. Et ſapientiæ 4: Ein junger der bald vollkommen wird/verdampte das lange Leben der Ungerechten. *Tu igitur ſis fortis & contrà audentior ito. Et quamvis nollem vel tibi, vel ulli hominum eſſe autor ac incitator ad movendas non neceſſarias contentiones, tamen quia video te, tanquam vi in arenam illam*

ut ſicut Puero Jeſu duodecim annorum cum doctoribus tibi conflictandum eisq́; reſpondēdum ſit, pertractum eſſe, & moneo & hortor, ut in illa quam confeſſus es ſententia fortiter conſiſtas, nec patiaris te vel minis vel blanditijs ab eâ abſtrahi. Ego judico, tuam confeſſionem eſſe cōſentaneam verbo Dei & ſcriptis S. patris noſtri Lutheri, nec poterunt tui adverſarij eam ex verbo Dei ullo modo refutare, imo ne omnes quidem portæ inferorum cōtra eam prævalebunt. Hæc eſt mea ſententia, ſic judico & tecum ipſe ſentio. Vide tamē, ut omnia cum timore Dei, pietatis ac veritatis amore, diligenti invocatione, & ſerpentina contra ſerpentem antiquum agas prudentia; ut Chriſtus monet ſuos diſcipulos. Et aſtabit tibi Dominus Jeſus non tantùm ſecūdum divinitatem, verū totus, ut nunc eſt & in æternum manet; ſicut aſtitit Paulo in carcere confirmans eum, Act. 23. dabitq́; tibi os & ſapientiā, cui nō poterunt reſiſtere omnes adverſarij. Interea animus præparandus eſt ad patien-

patientiam, ut ſi quid patiendum ſit, id à te minimè recuſetur. His paucis te in Chriſto, cum valdè properaret nuncius, valere exopto. Datæ Hildeſiæ 22. Januar. Anno 1568.

M. Bartholomæus Wolffhart Eccleſiæ quæ eſt Hildeſiæ Superattendenti.

EPISTOLA XIX.

Ex Epiſtola Baſilij Fabri. Ad Dominum Fridericum Dedekindum; de controverſia Conradi Schlüſſelburgij cum Calvinianis Witebergenſibus.

Quis niſi extremè blaſphemus in ipſum Chriſtum neget in cœna dominica, verba, Hoc eſt meum corpus: *revera id præſtare quod ſonent? Decies mallem, ſcribit Philippus ad Landgravium, occidi potius quàm negare, verum eſſe in cœna Domini corpus & ſanguinem Chriſti. Quare igitur ab aſſeveratione præceptoris ſui defecerunt diſcipuli illi & Calviniſtis Tropiſtis illis ſceleratis acceſſerunt? &c.*

At ideò forſan tractatus eſt parum humaniter Conradus Schlüſſelburgius, quia in Flacianis, quos dicunt, nomen profitetur ſuum? Fit id mihi omninò veriſimile, ſiquidem ulceris ſui à viro pietate egregia zelo & conſtantia admiranda. M. Matthia Flacio Illyrico tacti, dolores ſuperare hactenus & decoquere nondum potuerunt. Quæ tamẽ cauſa nequaquam talis fuit, ut Flacianorum nomine vel convitia rectè ſentientes & ſutelis ac corruptelis, tuendi gloriam Dei cauſa, obſiſtentes quoscunq; inſigniant onerent & tanquam ſceleſtiſſimi cujuſdam ſocios nebulonis in omnes terras proclament. Nos certè, qui cum M. Illyrico ſtamus ac deinceps etiam, quantum nos Deus juverit, ſtaturos confidimus, quibusq́; nota & perſpecta optimi viri pietas & eruditio & in doctrina candor, nec genuit nec peperit Illyricus, nec nos ut milites ſuos unquam inauguravit aut ſacramento ſibi obligavit, aut ſervos fecit ſuos. Sed nomen illud contumelioſum ipſæ pepererunt

intem-

Digitized by Google

intemperiæ. Quid quod nec amicis eſt M. Illyricus quibusdam ex illis, qui iniqui ſunt fraudibus, quas primus ipſe certa cum Eccleſia Filij Dei ſalute detexit, & corruptelis, quas jamdudum unus ille conſtantiſſimus veritatis aſſertor oppugnat. Sed de hac, quæ ex Flacij Illyrici nomine injuſtè in nos & contumelioſè derivatur injuria, querar ego aliquando in publico ſcripto. Tibi, mi ſuaviſſime Dedekinde, Conradum noſtrum commendo quantum poſſum, ut eum quibuscunque potes aut res & fortuna ejus poſtulabit, officijs, pro candore & benevolentia tua complectaris, nec dubites eſſe judex æquior & amicus ſuæ cauſæ, quam juſtam eſſe ex hiſtorica commemoratione certaminis ſui cum Witebergenſibus initi, quam tibi exibebit, animadvertes. Sed id maximè à te pro noſtra amicitia oro peto ac obſecro, ut judicium ac teſtimonium tuum ipſi impertias, ne quis enim fraudi eſſe vel ſibi vel rebus ſuis in patria poſſit, opus ipſi eſt piorum ac doctorum virorum

judiciis candidis & commendationibus, quibus indignum, quæ eſt ipſius pietas & modeſtia, nihil unquam fecerit. Quicquid igitur officiorum tuorum in eum cõtuleris, in adoleſcentem non modo doctiſſimum, verum etiam zelo vero pietatis & doctrinæ veritatis, odioq́ corruptelarum quarumcunq́, te id cõtuliſſe ſenties. Benè & feliciter in Domino vale mi humaniſſime Domine Friderice ac Conradum ſuamq́ cauſam commendatiſſimam habe. Data Quedlinburgi 7. Septembris, Anno Chriſti M DL XVIII.

Baſilius Faber.

EPISTOLA XX.

VEtus dictum eſt. Audiatur etiam altera pars. Id non modò in negotiis Politicis, verũ etiam & multo magis in Eccleſiaſticis controverſiis obſervandum cenſeo. Quæ cauſa eſt, ut rogatus ab hoc adoleſcente Schlüſſelburgio de controverſia inter Doctores Academiæ Witeberg: & ipſum exorta pronunciare vix audeam. Hanc n. ſcholam propter ſingularia

gularia lumina D. D, Martinum, & D. Phil. Melan. ſanctæ & p.m. ſemper veneratus ſum & colui. Et mallem non modò exiſtimationẽ & honorẽ meum, ẽt vitam meã periclitari, quàm per me illi aliquid injuſtè derogari. Unicè optans ut qui nũc in ea docent, veſtigiis D. Luth. inſiſtentes in profeßione ſanæ doctrinæ conſtanter perſeverent. Sed quia nunc interrogatus ſum de confeß: Schlüſſelb: dicere ſentẽtiã meam, faciã id planißimè actionem cum ipſo inſtitutã in medio relinquens. Quod ad vires humanas in reb. ſpiritualib. attinet, piũ exiſtimo. Cũ n. per peccatũ homo nõ renatus ſit mortuus nullã ſcintillã virium reliquã eſſe ſcriptura teſtatur, qua ſeſe ad gratiam præparare vel oblatã acceptare poßit. Quod (velle) S. S. in electis creat, ut & velint quæ ſunt Deo grata & facere conentur. Non minus pium judico eam partẽ qua verborũ Cœnæ genuinum ſenſum tueri & τὸ ῥητὸν in verbis cœnæ: Hoc eſt corpus meum) retinere voluit. Quod qui negant à ſententia D. Luth. quæ Chriſti eſt, recedunt.

Ele-

Etenim multum differunt phraſes: Panis eſt corpus Chriſti; & , Hoc eſt corpus meum. Prior explicatione indiget ne transſubſtantiatio aſſeratur. Poſterior autem eſt planiſſima, in qua Lutherus agnoſcit Synechdochen ſacramentalem, non verò illam, de qua Cingliani loquuntur & cum Metonymia confundunt, ſed eam qua res ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti vera præſentia cum ſignis ſacramentalibus diſtribuitur, quam præſentiam & veram diſpenſationem manifeſtè negant, qui noſtro tempore de pactionali præſentia concionantur, quàm ambiguitate verborum, ita involvũtur, ne manifeſtè Cingliani deprehendantur. Tertiò. Qui dextram Dei in ſymbolo definiunt, certo loco eos dexteram Dei & ſeſſionem Chriſti hominis ad dexteram Dei ignorare nihil dubito. Dextram enim Dei, ſcriptura, potentia virtute & majeſtate definit non loco, quæ loco circumſcripta non eſt, ſed cœlum ac terram implet. Chriſtum autem eſſe in cœlo ſecundum

dum humanitatem & circumſcriptum, nunquam negavimus, idq; propter veri corporis modum, cui noſtra corpora conformia erunt. Et articulum aſcenſionis Chriſti in cœlum ad glorificationem corporis Chriſti referendum eſſe certum eſt, quia verum ſed ſpirituale corpus retinet, quod ſua natura & eſſentia finitum eſt & in divinitatem non converſum gloria ſua omnium ſanctorum glorificata corpora excedens. Hoc aſſerto & nihil obſtante, articulus de ſeſſione ad dexteram Dei majeſtatem ejusdem explicat, quæ nullo loco circumſcripta aut definita eſt, quâ Chriſtus ſecundum humanitatem ad dexteram Dei ſedere dicitur. Nam ſecundum divinitatem non ſedet ad dexteram Dei ſed eſt λόγος & Dextera DEI quâ omnia condita ſunt. Hanc majeſtatem qui ignorant, inconſiderate loquuntur dum Chriſtum ſecundum divinitatem hic eſſe dicunt, ſecundum humanitatem autem non hic. Quæ ſententia etſi D. Auguſtini eſt, ſobriè tamen intelli-

genda

Digitized by Google

genda eſt. Rectè enim dicitur ſecundum humanitatem Chriſtum non eſſe hic, ſi Abſolutè de ejus eſſentia ſive ſubſtantia pro ratione & modo glorioſorũ corporum intelligatur, quo in cœlo eſſe dicitur & cõtineri, non in terris. Falſa a. eſt ſententia ſi ſimpliciter accipiatur, quaſi nullo modo ſecundum humanitatẽ adeſſet in terris, qua opinione unio perſonalis negatur & duæ perſonæ aſſeruntur quarum una in terris, videlicet Chriſtus ſecundum divinitatem altera ſecundum utramq́; naturam in cœlis eſſe dicatur. Quod apertè cum articulo fidei de ſeſſione ad dexterã Dei pugnat. Eo n. modo ſedens ad dexterã Dei neq; hic neq; alibi, ſed ubiq́; præſens omnia in cœlo & in terra adminiſtrat. Hæc majeſtas humanitati Chriſti per unionẽ perſonalem & ſeſſionem ad dexteram Dei communicata, fundamentum eſt præſentiæ corporis & ſanguinis Chriſti in cœna Domini. Niſi n. corpus & ſanguis Chriſti cum divinitate perſonaliter unità eſſent & Chriſtus ſecundum humanitatem ad dexte-

dexterā Dei ſederet, corporis & ſanguinis ſimul in multis locis præſentia eſſe & diſtribui non poſſet. Hoc fundamēto Lutherus p. m. contra Zinglianos pugnavit, cū propter impoßibilitatē præſentiæ corporis & ſanguinis Chriſti uno & eodem tempore in diverſis locis, quod Cingliani fingūt, à ſimplici verborū Chriſti ſenſu revocaretur. Quod fundamentū ignorat aut oppugnat ſententiæ Lutheri de cœna Domini fundamentū & ignorat & oppugnat. Neq; V. mihi diſplicet pactionalem Chriſti præſentiā in cæna appellari, modò id fiat cādidè. Etenim Deus qui ubiq; adeſt, pacto ſingulari adfuit Abrahæ, nō quod ſimpliciter abeſſet ab impijs, ſed quia eādē gratiā nō præſtabat in illis propter impietatē quā præſtitit pio Abrahæ. Utriq; tamē eſſentia fuit præſens, nulli abſens: Sic Chriſtus quoad humanitatē ſedēs ad dexterā Dei ex ſingulari pacto adeſt piis & credētib. in cæna, in quib. verè operatur conſolationē ac vitā, quod cū in impiis nō operatur, nō tamē illis abſentē eſſe dicendum eſt, in quibus judicium præſens operatur.

Et

Et plurimum differunt phraſes: Adeſſe & tibi adeſſe. Prius perſonali unione & ſeßione ad dexteram Dei definitur, poſterius verò gratia, qua ipſe præſens non niſi pœnitentibus ac credentib. præſtat. Hinc à veteribus ſacramentum definitum eſt invisibilis gratia viſibilis forma. Non quod gratia abſente Chriſto ſecundum humanitatem diſpenſetur, quam ipſe præſens communicat, ſed ut pactionalis hæc præſentia ſacramentalis explicetur quæ efficit Chriſtus in credentibus, quod extra uſum hujus ſacramenti non operatur.

Quod ad communicationem proprietatum naturarum in Chriſto attinet, realem qua verè ſuam majeſtatem filius Dei non verbotenus aut verbali communicatione ſed realiter naturæ humanæ in unitatem aſſumptæ communicavit, propter quam communicationem realem ſecundum humanitatem ſuper omnia exaltatus eſt ad dexteram virtutis & majeſtatis Dei, quod nulli Angelorum aut

ſancto-

ſanctorum contigit, qui hanc ignorat vel oppugnat eum Chriſtum ad dexteram Dei ſedentem ignorare & oppugnare dicimus. Res enim non verba ſunt omnis poteſtas in cœlo & terra, theſauri omnis ſcientiæ & cognitionis quâ filius hominis omnia ſcire & omnia in cœlo & terra administrare dicitur. Cujus actiones non ſunt à Filio Dei diviſæ, ſed cum divina natura aſſumpta natura humana omnes actiones habet communes & totus Chriſtus Deus ac homo & adeſſe & facere dicitur, quod filio Dei tribuitur. Neq; verò naturæ aut proprietates naturarum confunduntur. Nam filius DEI eſt omnes quæ de ipſo dicuntur proprietates eſſentiales, ſed quoad humanitatem habere dicitur non tanquam accidens à divinitate ſeparatum, ſed propter unionem illam perſonalem, qua majeſtas divina in humanitatem aſſumptam effuſa eſt ſine naturarum commixtione aut proprietatum earundem confuſione. Quam communicationẽ eccleſiaſtici ſcriptores ſicut

Symbolum Athanaſij habet, ſimilitudine animæ ac corporis deſcripſerunt. Quemadmodum enim anima ſuas facultates corpori & ſingulis ejus partibus & membris communicat, & actiones neque ſolius ſint corporis neque ſolius animæ, ſed utrique communes, ita tamen ut neque naturæ, hoc eſt Spiritus ac corpus commiſceantur aut proprietates ſingularum confundantur. Aliter enim videt anima aliter oculus. Nec tamen anima ſine oculo neque oculus ſine anima. Sic Filio DEI viſum eſt aſſumere in unitate ſuæ perſonæ humanam naturam, cum qua & omnes ſuas actiones & omnem majeſtatem haberet communem, cui etiam realiter communicavit ſine naturarum aut proprietatum confuſione. Quæ communicatio realis eſt, videlicet ſumma majeſtas, quæ in creaturam cadere poteſt. Et blaſphema vox eſt, fulmine non calamo refutanda, quæ dicere quidam perhibentur Communicationem Realem proprietatum

natu-

Digitized by Google

naturarum in CHRISTO *eſſe diaboli cum inventum, quæ Chriſto homini omnem majeſtatem & Eccleſiæ ſummam conſolationem adimit, quam in hac homini communicata* DEI *majeſtate habent, qua illum prorſus exuunt Cingliani. Hæc breviter de Confeſſione Schlüſſelburgij dicere volui, ut intelligeret ſententiam, quam profitetur piam eſſe & mihi non improbari. In qua conſcribenda ſi quid minus conſideratè poſitum eſt, & temporis anguſtia & amplitudine rei factum putetur.* DEUM *oro ut ita cauſam ſuam agat, ne Eccleſia Schismatis miserè lacerata inde aliquid incommodi patiatur. In pace nos vocavit* DOMINUS *eum ſtudiosè queramus & aderit filius hominis judex vivorum & mortuorum.*

Jacobus Andreæ D. Præpoſitus Eccleſiæ Tubingenſis & Academiæ ejuſdem Cancellarius ſcripſit 21. Sept. Anno 1568. Brunſuigæ.

EPISTOLA XXIV.

G. Per Chriſtum.

Pueris in templo Hieroſolymitano lætũ Oſanna Chriſto acclamantibus, viri authoritate excellentes, ſilentium imponere conantur. Sed Chriſtus pueros tuetur, & ipſorum clamores approbat.

Sic nec mihi integrum eſt, pio & docto juveni, Cunrado Schlüſſelburgio prohibere, ut intermittat clamores & teſtimonia de veritate cœleſti, qua Chriſtus celebratur & Oſanna ipſi acclamatur.

Utrumq; autem ad teſtimonia veritatis divinæ pertinet, & veritatem ipſam in monumentis Prophetarum & Apoſtolorum traditam adſerere, & contraria dogmata palàm atq; ingenuè improbare ac refutare.

Exiſtimo igitur Schlüſſelburgium in illa confeſſione ſua, quam mihi legendam dedit, rectè ſentire, tum de libero arbi-

trio,

trio, tum de Cœna Domini, tum etiam de Communicatione Idiomatum.

Nam talis eſt ratio hominis Pſychici, ut non habeat in ſua natura reliquam ullam ſcintillam, qua res ſpirituales poſſit vel intelligere vel capere, niſi ſit natus ex Deo, Joban.1.3.1.Cor.2.

In rebus verò carnalibus, ſupereſt quidem aliqua libertas voluntatis carnalis, ſed ea tamen non eſt integra, & varijs modis vel impeditur vel pervertitur.

In Teſtamento Domini tutiſſimum & rectiſſimum eſt, verba Chriſti retinere, uſq; veritatem tribuere, licet ratio humana res iſtas ſublimes non capiat. Nam gravis autor eſt, qui ita verba protulit, & apud ipſum nullum verbum eſt impoſſibile. Omnes igitur, qui verbum EST *vertunt in ſignificat, & vocabulum* CORPUS *in ſignificatum corpus, aut alias quaſcumq; perverſiones comminiſcũtur, exiſtimo vim verbis Chriſti inferre, & ſuæ fallaci philoſophiæ, verbum* DEI *neſariè velle conformare.*

Communicationem denique realem Idiomatum in CHRISTO, *vocare commentum Diabolicum, toto pectore abhorreo. Nam ejuſmodi verba non ſanum hominem arguunt, & redundant in contumeliam ſacrarum literarum, & ipſius Chriſti, naturas in Chriſto divellunt, auferuntq́; ſummam conſolationem de operibus, beneficijs, & Majeſtate Chriſti. Furor etiam eſt vociferari, realem Communicationem Idiomatum in Chriſto vel naturas abolere, vel evertere ſententiam noſtrarum Eccleſiarum de vera præſentia corporis Chriſti. Sed iſtis præſtigijs Spiritus Dei in multorum piorum libris contradicit & contradicet amplius.*

Oro autem filium DEI, *ut veritatem ſuam ipſemet clementer illuſtret & potenter defendat, & Sacramentariorum & aliorum præſtigias, maledicta & furores coherceat, ſanctumque ſemen in terra reliquum eſſe ſinat, propter nominis ſui gloriam, & plu-*

Digitized by Google

& plurimorum hominum ſalutem. AMEN.

Johannes Wigandus D. ſcribebat 14. Octobr. 1568.

EPISTOLA XXVIII.

S.

DOctiſſime vir, de corrupta natura hominis dico cum Chryſoſtomo, hominem non eſſe ſolum peccatorem, ſed totum eſſe naturaliter peccatum, tota ſubſtantia hominis in ſummis potentiis & viribus eſt cortuptiſſima. Monui D. Illyricum, ut ex ſcriptura exaggeret corruptionem humanæ naturæ, & omittat locutionem iſtam novam & multorum calumniis expoſitam, quod peccatum ſit ſubſtantia, rectius dixeris, ſubſtantiam ſeu hominem quantus quantus eſt, eſſe peccatum: quam ipſius Illyrici eſſe ſententiam ex ſcriptis ejus eſt manifeſtum. Vale Anno 1569. 10. Julij.

T. Joachimus VVeſtphalus.

Digitized by Google

Etenim multum differunt phraſes: Panis eſt corpus Chriſti; & , Hoc eſt corpus meum. Prior explicatione indiget ne transſubſtantiatio aſſeratur. Poſterior autem eſt planiſſima, in qua Lutherus agnoſcit Synechdochen ſacramentalem, non verò illam, de qua Cingliani loquuntur & cum Metonymia confundunt, ſed eam qua res ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti vera præſentia cum ſignis ſacramentalibus diſtribuitur, quam præſentiam & veram diſpenſationem manifeſtè negant, qui noſtro tempore de pactionali præſentia concionantur, quàm ambiguitate verborum, ita involvũtur, ne manifeſtè Cingliani deprehendantur. Tertiò. Qui dextram Dei in ſymbolo definiunt, certo loco eos dexteram Dei & ſeſſionem Chriſti hominis ad dexteram Dei ignorare nihil dubito. Dextram enim Dei, ſcriptura, potentia virtute & majeſtate definit non loco, quæ loco circumſcripta non eſt, ſed cœlum ac terram implet. Chriſtum autem eſſe in cœlo ſecundum

dum

dum humanitatem & circumſcriptum nunquam negavimus, idq́ propter veri corporis modum, cui noſtra corpora conformia erunt. Et articulum aſcenſionis Chriſti in cœlum ad glorificationem corporis Chriſti referendum eſſe certum eſt, quia verum ſed ſpirituale corpus retinet, quod ſua natura & eſſentia finitum eſt & in divinitatem non converſum gloria ſua omnium ſanctorum glorificata corpora excedens. Hoc aſſerto & nihil obſtante, articulus de ſeſſione ad dexteram Dei majeſtatem ejusdem explicat, quæ nullo loco circumſcripta aut definita eſt, quâ Chriſtus ſecundum humanitatem ad dexteram Dei ſedere dicitur. Nam ſecundum divinitatem non ſedet ad dexteram Dei ſed eſt λόγος & Dextera DEI quâ omnia condita ſunt. Hanc majeſtatem qui ignorant, inconſiderate loquuntur dum Chriſtum ſecundum divinitatem hic eſſe dicunt, ſecundum humanitatem autem non hic. Quæ ſententia etſi D. Auguſtini eſt, ſobriè tamen intelligenda

genda eſt. Rectè enim dicitur ſecundum humanitatem Chriſtum non eſſe hic, ſi Abſolutè de ejus eſſentia ſive ſubſtantia, pro ratione & modo glorioſorū corporum intelligatur, quo in cœlo eſſe dicitur & cōtineri, non in terris. Falſa a. eſt ſententia ſi ſimpliciter accipiatur, quaſi nullo modo ſecundum humanitatē adeſſet in terris, qua opinione unio perſonalis negatur & duæ perſonæ aſſeruntur quarum una in terris, videlicet Chriſtus ſecundum divinitatem altera ſecundum utramq; naturam in cœlis eſſe dicatur. Quod apertè cum articulo fidei de ſeſſione ad dexterā Dei pugnat. Eo n. modo ſedens ad dexterā Dei neq; hic neq; alibi, ſed ubiq; præſens omnia in cœlo & in terra adminiſtrat. Hæc majeſtas humanitati Chriſti per unionē perſonalem & ſeſſionem ad dexteram Dei communicata, fundamentum eſt præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in cœna Domini. Niſi n. corpus & ſanguis Chriſti cum divinitate perſonaliter unitâ eſſent & Chriſtus ſecundum humanitatem ad dexte-

dexterā Dei ſederet, corporis & ſanguinis ſimul in multis locis præſentia eſſe & diſtribui non poſſet. Hoc fundamēto Lutherus p. m. contra Zinglianos pugnavit, cū propter impoſſibilitatē præſentiæ corporis & ſanguinis Chriſti uno & eodem tempore in diverſis locis, quod Cingliani fingūt, à ſimplici verborū Chriſti ſenſu revocaretur. Quod fundamentū ignorat aut oppugnat ſententiæ Lutheri de cœna Domini fundamentū & ignorat & oppugnat. Neq; v. mihi diſplicet pactionalem Chriſti præſentiā in cœna appellari, modò id fiat cādidè. Etenim Deus qui ubiq; adeſt, pacto ſingulari adfuit Abrahæ, nō quod ſimpliciter abeſſet ab impijs, ſed quia eādē gratiā nō præſtabat in illis propter impietatē quā præſtitit pio Abrahæ. Utriq; tamē eſſentia fuit præſens, nulli abſens: Sic Chriſtus quoad humanitatē ſedēs ad dexterā Dei ex ſingulari pacto adeſt piis & credētib. in cœna, in quib. verè operatur conſolationē ac vitā, quod cū in impiis nō operatur, nō tamē illis abſentē eſſe dicendum eſt, in quibus judicium præſens operatur.

Re

Et plurimum differunt phraſes: Adeſſe & tibi adeſſe. Prius perſonali unione & ſeßione ad dexteram Dei definitur, poſterius verò gratia, qua ipſe præſens non niſi pœnitentibus ac credentib. præſtat. Hinc à veteribus ſacramentum definitum eſt inviſibilis gratia viſibilis forma. Non quod gratia abſente Chriſto ſecundum humanitatem diſpenſetur, quam ipſe præſens communicat, ſed ut pactionalis hæc præſentia ſacramentalis explicetur quæ efficit Chriſtus in credentibus, quod extra uſum hujus ſacramenti non operatur.

Quod ad communicationem proprietatum naturarum in Chriſto attinet, realem qua verè ſuam majeſtatem filius Dei non verbotenus aut verbali communicatione ſed realiter naturæ humanæ in unitatem aſſumptæ communicavit, propter quam communicationem realem ſecundum humanitatem ſuper omnia exaltatus eſt ad dexteram virtutis & majeſtatis Dei, quod nulli Angelorum aut

ſancto-

Digitized by Google

ſanctorum contigit, qui hanc ignorat vel oppugnat eum Chriſtum ad dexteram Dei ſedentem ignorare & oppugnare dicimus. Res enim non verba ſunt omnis poteſtas in cœlo & terra, theſauri omnis ſcientiæ & cognitionis quâ filius hominis omnia ſcire & omnia in cœlo & terra adminiſtrare dicitur. Cujus actiones non ſunt à Filio Dei diviſæ, ſed cum divina natura aſſumpta natura humana omnes actiones habet communes & totus Chriſtus Deus ac homo & adeſſe & facere dicitur, quod filio Dei tribuitur. Neq; verò naturæ aut proprietates naturarum confunduntur. Nam filius DEI eſt omnes quæ de ipſo dicuntur proprietates eſſentiales, ſed quoad humanitatem habere dicitur non tanquam accidens à divinitate ſeparatum, ſed propter unionem illam perſonalem, quæ majeſtas divina in humanitatem aſſumptam effuſa eſt ſine naturarum commixtione aut proprietatum earundem confuſione. Quam communicationẽ eccleſiaſtici ſcriptores ſicut

EPISTOLA XXIV.

G. Per Chriſtum.

PUeris in templo Hieroſolymitano lætū Oſanna Chriſto acclamantibus, viri authoritate excellentes, ſilentium imponere conantur. Sed Chriſtus pueros tuetur, & ipſorum clamores approbat.

Sic nec mihi integrum eſt, pio & docto juveni, Cunrado Schlüſſelburgio prohibere, ut intermittat clamores & teſtimonia de veritate cœleſti, qua Chriſtus celebratur & Oſanna ipſi acclamatur.

Utrumq́ autem ad teſtimonia veritatis divinæ pertinet, & veritatem ipſam in monumentis Prophetarum & Apoſtolorum traditam adſerere, & contraria dogmata palàm atq; ingenuè improbare ac refutare.

Exiſtimo igitur Schlüſſelburgium in illa confeſſione ſua, quam mihi legendam dedit, rectè ſentire, tum de libero arbitrio,

trio, tum de Cœna Domini, tum etiam de Communicatione Idiomatum.

Nam talis eſt ratio hominis Pſychici, ut non habeat in ſua natura reliquam ullam ſcintillam, qua res ſpirituales poſſit vel intelligere vel capere, niſi ſit natus ex Deo, Johan. 1. 3. 1. Cor. 2.

In rebus verò carnalibus, supereſt quidem aliqua libertas voluntatis carnalis, ſed ea tamen non eſt integra, & varijs modis vel impeditur vel pervertitur.

In Teſtamento Domini tutiſsimum & rectiſsimum eſt, verba Chriſti retinere, usq; veritatem tribuere, licet ratio humana res iſtas ſublimes non capiat. Nam gravis autor eſt, qui ita verba protulit, & apud ipſum nullum verbum eſt impoſsibile. Omnes igitur, qui verbum EST vertunt in ſignificat, & vocabulum CORPUS in ſignificatum corpus, aut alias quascunq; perverſiones comminiſcũtur, exiſtimo vim verbis Chriſti inferre, & ſuæ fallaci philoſophiæ, verbum DEI nefariè velle conformare.

EPISTOLA XXIV.

G. Per Chriſtum.

Pueris in templo Hieroſolymitano lætũ Oſanna Chriſto acclamantibus, viri authoritate excellentes, ſilentium imponere conantur. Sed Chriſtus pueros tuetur, & ipſorum clamores approbat.

Sic nec mihi integrum eſt, pio & docto juveni, Cunrado Schlüſſelburgio prohibere, ut intermittat clamores & teſtimonia de veritate cœleſti, qua Chriſtus celebratur & Oſanna ipſi acclamatur.

Utrumq; autem ad teſtimonia veritatis divinæ pertinet, & veritatem ipſam in monumentis Prophetarum & Apoſtolorum traditam adſerere, & contraria dogmata palàm atq; ingenuè improbare ac refutare.

Exiſtimo igitur Schlüſſelburgium in illa confeſſione ſua, quam mihi legendam dedit, rectè ſentire, tum de libero arbi-

trio,

trio, tum de Cœna Domini, tum etiam de Communicatione Idiomatum.

Nam talis eſt ratio hominis Pſychici, ut non habeat in ſua natura reliquam ullam ſcintillam, qua res ſpirituales poſſit vel intelligere vel capere, niſi ſit natus ex Deo, Iohan. 1. 3. 1. Cor. 2.

In rebus verò carnalibus, ſupereſt quidem aliqua libertas voluntatis carnalis, ſed ea tamen non eſt integra, & varijs modis vel impeditur vel pervertitur.

In Teſtamento Domini tutiſsimum & rectiſsimum eſt, verba Chriſti retinere, usq; veritatem tribuere, licet ratio humana res iſtas ſublimes non capiat. Nam gravis autor eſt, qui ita verba protulit, & apud ipſum nullum verbum eſt impoßibile. Omnes igitur, qui verbum EST *vertunt in ſignificat, & vocabulum* CORPUS *in ſignificatum corpus, aut alias quaſcunq; perverſiones comminiſcũtur, exiſtimo vim verbis Chriſti inferre, & ſuæ fallaci philoſophiæ, verbum* DEI *neſariè velle conformare.*

& plurimorum hominum ſalutem. AMEN.

Johannes Wigandus D. ſcribebat 14. Octobr. 1568.

EPISTOLA XXVIII.

S.

D*Octiſſime vir, de corrupta natura hominis dico cum Chryſoſtomo, hominem non eſſe ſolum peccatorem, ſed totum eſſe naturaliter peccatum, tota ſubſtantia hominis in ſummis potentiis & viribus eſt cortuptiſſima. Monui D. Illyricum, ut ex ſcriptura exaggeret corruptionem humanæ naturæ, & omittat locutionem iſtam novam & multorum calumniis expoſitam, quod peccatum ſit ſubſtantia, rectius dixeris, ſubſtantiam ſeu hominem quantus quantus eſt, eſſe peccatum: quam ipſius Illyrici eſſe ſententiam ex ſcriptis ejus eſt manifeſtum. Vale Anno 1569. 10. Julij.*

T. Joachimus VVeſtphalus.

EPISTOLA XXXIX.

S.

De ſtatu propoſitionis illius, quod præſentia bonorum operum ſint neceſſaria ad ſalutem, velut Adiaphoriſtæ locuti ſunt Aldeburgi: Daß die Gegenwertigkeit der guten Wercke nohtwendig zur Seligkeit ſeyn in denen/ die da ſelig werden wollen und ſollen/ *nihil ſitis ſolliciti. Reÿciatur illa propoſitio ſimpliciter, quia confundit diſcrimen Legis atq; Evangelÿ, & eſt prorſus falſa & ſimpliciter ſanis locutionibus contraria. Ita enim nos inſtituimus noſtros Catechumenos, quoties audierint, quidquam doceri neceſſarium ad ſalutem præter Chriſtum fide apprehenſum, ſtatim ſciant illud non eſſe de Spiritu DEI. Opera enim non pertinent ad ſalutem tanquam ad eam neceſſaria. Salus enim ex Evangelio eſt, quod nulla requirit opera, ſed tantum offert gratiam. Non itaq; difficilè eſt, dijudicare hoc Sophiſ-*

ma,

ma illorum, qui diſcrimen norunt ac retinent Legis & Evangelij: Nec opus eſt ut ad omnes argutias philoſopho theologorum reſpondeamus. Valeant illi cum ſuis ficulneis foliis & tegant ſua utcunque pudibunda. Omnia, quæ miſiſti, recipies. Erant enim apud me bene cuſtodita. CHRISTO te commendo. Vale 20. Aprilis 1570.

M. Cyriacus Spangenberg.

EPISTOLA XXXVIII.

SAlutem & hunc novum annum tibi fauſtum & ſalutarem precor. Sed miror cur cum anno immuteris, ut jam improbare incipias, quæ antea rectè nobiſcum adfirmaveris. De peccato originali, de fonte origine factore omnium aliorum peccatorum eſt quæſtio. An illud ſit Subſtantia vel Accidens. Tu utrumque negans fortè dices eſſe nihil. Ego cum Luthero dico: Die Erbſünde/ Naturſünde/ Perſonſünde ſey vnſer gan-

tzes verderbtes Weſen/ wie wir Leiben vnd Leben. *In his terminis ego manebo DEO volente. Nihil curaturus Philoſophicas quorundam diſputationes aut abſurda rationis ex hac vera ſententia extorta. Quæritur quidnam ſit illud agens & peccans peccatum, omnia alia peccata committens* ἀνομία? *Hic certè hominis cor intellectum, & voluntatem illud malum eſſe fateri cogeris. Nec eſt adeò difficilis diſputatio, modo illam ſtultam (ſapientem quidem in alijs negotijs in religione verò profectò fatuam) Philoſophiam ex oculis ponamus.*

Quæ ex Tomo 6. Jhenenſi adfers non ſunt contra Illyrici veram ſententiam, ſed ſunt collatio quædam inter Adamum & CHRISTUM. Vide & conſidera textum græcum & totum negotium patebit, ſicut etiam ex S. ejusdem tomi folio 28. 2. incipiente, alſo ſcheidet auch CHRIſtus. *Sic etiam non impinges in Domeſtica Poſtilla cum diſtin-*

diſtinxeris inter eſſentiam quod ad ejus originem & primam creationem, & quod ad corruptionem & transmutationem. Sed hæc omnia tam dilucidè & clare in ſuis demonſtrationibus Illyricus propoſuit, ut neceſſe ſit eos omninò eſſe cæcos, qui illa non cognoſcunt. Lege, quæſo, diligenter ipſius defenſionem.

Cave ne ut quidam nunc ſolent, de non benè perlectis ſed per contemptum abjectis judices. Literas tuas priores cum examine Doctoris Hesbuſij accepi, & pro donato libello gratias ago. Vale & nullo modo contra Lutherum peccatum originale eſſe accidens profitere.

Saluta Meliſſandrum Data 1571.

M. Cyriacus Spangenberg.

Epiſt.

EPISTOLA XXIX.

Salutem à Filio DEI.

FRater & amice dilecte, quod tardius ad literas tuas reſpondeo: In cauſa fuit adverſa valetudo, quæ Dei beneficio eſt reſtituta. De tuo exilio & ærumnis audivi, antequam tuas literas accepi: & quidem tibi ex animo condoleo, quod tam atroces ſuſtines injurias, ſimul verò ſpiritu tibi cõgratulor, quod dignus es habitus, qui pro gloria Chriſti contumelias acciperes, & ſimilis fieres imagini Filij Dei. Tu ipſe noſti fontes conſolationum: Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, item exemplum Filij Dei & omnium Prophetarum & Apoſtolorum in conſpectu habes. Non eſt ſervus ſupra Dominum. Ut ærumnarum ita & gloriæ Chriſti erimus participes. Jacta igitur curam tuam ſuper Dominum.

Legi etiam tuam confeſſionem. A Wittebergenſibus Theologis exiſtimo tibi factam

factam eſſe injuriam. Quod ad controverſiarum capita & fundamenta attinet, judico te rectè ſentire. De communicatione Idiomatum tecum conferre cuperem; ſed epiſtolæ brevitas & temporis anguſtia non patiuntur. Non placet mihi diſtinctio nova inter verbalem & realem communicationem. Ut enim unio hypoſtatica veriſsima ac arctiſsima eſt, ita ſcripturæ ſermo eſt verus & realiſsimus. Diſtinguo autem inter communicationẽ Idiomatum & communicationem majeſtatis, ſed hæc gravis doctrina paucis exponi non poteſt. Lege Wigandi libellum de communicatione Idiomatum. Ut te coram Eccleſia purges de tam atroci crimine objecto, non poſſum improbare. Sed quantum fieri poteſt, reprime vehementiam & modeſtiſsimè oſtende tuam innocentiam. Non legi tuam apologiam, brevis confeſſio ſufficeret. Quid ſi te Jhenam ad D. Wigandum conferres? Ille te & conſilio & opera juvare poſſet, fortaſsis & locum invenires. In his locis non

video

Digitized by Google

video occaſionem te juvandi. Commenda DEO viam tuam, & ipſe faciet, & non dabit in æternum fluctuationem juſto. Bene vale ſis fortis in Domino & pro me ora. Neuburg. 1569.

Tilemannus Heshuſius.

EPISTOLA XXXII.

Salutem per Chriſtum.

ACcepi mi Conrade literas à te, ni fallor ternas aut quaternas etiam, ad quas nondum reſpondi, nunc igitur ad omnes ſimul. De gradu Magiſterij ſuſcepto gratulor tibi plurimum DEUMq; oro, ut Spiritu ſuo ſancto, te ſic regat atque gubernet, ut ſub hoc Titulo, ſis ei honori & Eccleſiæ utilitati. Tertium ſcriptum contra Acta Colloquij editum non vidi: nec Quartum illud quod ſatis grande & magnum eſſe ſcribis. Quemadmodum nec Epiſtolæ & Epitaphia de obitu Victorini

ctorini ad meas pervenere manus. Quare de ijs omnibus etiam meam ſententiam tibi communicare nequeo. Reſponſum noſtrum Doctori Jacobo oppoſitum potes à Reverendiſſimo Viro Domino Doctore Wigando petere. Huic enim Exemplar à Miniſterio Islebenſi tranſmiſſum puto. Vel certè Doctore Irenæo: Ego quidem nullum habeo exemplar præter primas chartas, in quas illud, Cum mihi ejus conficiendi munus imponeretur, conjeci.

De formando ſtudio Theologico, me aliquoties admonuiſti, ut meum tibi conſilium communicarem, & certam aliquam Methodum oſtenderem, Verum cum ego nullam ſim ſingularem ſecutus Methodum, quam aliis præſcribere debeam, ſum neſcius.

Ego cognitionem DEI ejusque voluntatis, quam veram Theologicam Theoricam nomino, puto omninò merum eſſe DEI donum, quod non noſtro

ſtudio

ſtudio aſſequamur, quamvis Deus velit, ut audiamus ſuum verbum, idq́; aſsiduè meditemur, oremus & in patientia Crucem feramus. Inde non fruſtra Divus Lutherus, Totum Theologiæ tam Theoricum quam Practicum ſtudium in his tribus, Oratione, Meditatione & Tentatione, conſiſtere dixit. Qua de re ego aliquando in gratiam D. Johannis Wilhelmi Reiffenſtein tabulam compoſui: quam ſi recepero, admonitus à te lubens tibi communicabo. Ab ineunte pueritia adſueſactus ego ſum à parentibus meis, ad lectionem novi teſtamenti & Librorum veteris teſtamenti Hiſtoricorum, Adjuncto Syracide. Poſteà juſſus ſum legere Lutheri quædam ſcripta utpote. In pſalmos quoſdam & Matthæi atque Joannis aliquot capita. Ejuſmodi lectiones me non tantum ſingulari delectatione afficiebant, & in aliquam admirationem rerum divinarum ducebant, ſed etiam ſtimulos addebant, ut ad reliqua Lutheri ſcripta evolvenda impelleret, & puer

vix

vix 10. annorum mihi proponerem, nullum me aliud ſtudium quam Theologiæ proſecuturum. Cæpi tum ſtatum me exercere conſcribendo breves contiunculas, quas parenti oſtendebam, qui delectabatur puerili exercitio. Et exhibitas ineptias corrigebat, ſtudium laudabat, ut ſic pergerem, monebat. Ego inter ſorores & fratres omnes me minores concionatorem ſingulis diebus Dominicis in Ædibus agebam paternis. Conveniebant interdum ex vicinia non tantum pueri alij, ſed & eorum parentes audituri juvenem illum Concionatorem. Sic illi laudando, Parens verò (qui clam interdum, interdum coram me obſervabat) inſtituendo & regendo calcar addebant, ut ſtrenuè in ſuſcepto negotio pergerem & ſingulis diebus certas preces ad Deum facerem, ne me ab hoc ſtudio abſtrahi ſineret. Hoc in exercitio verſatus ſum donec 14. ætatis meæ annum eſſe ingreſſus. Tunc mittebar Witebergam. Ubi cum magna animi lætitia, concionantes audivi, Pomeranum

 Cruci-

Crucigerum Majorem Wankelium, M. Andream Sebaſt. Froſchelium: Et ſubindè etiam D. Alberum Critolaum Laſotanum ac Hegemonem, quorum Conciones omnes domum reverſus, eas ruminando in certos libros redegi. Verum cum admiratione ſumma audivi, Magni iſtius viri Dei, D. Lutheri & conciones & lectiones per integrum quadriennium. Hic totus accēdebar in Theologiam, ita ut optarim mori potius, quā ad aliud me cōferre ſtudium. Defuncto Luthero & patre meo Islebiam translato Functionem & ego ibidē in ſchola nactus ſum: Ibi parens meus ordinaverat ſingulis diebus Dominicis, duo ex ſacra Biblia legerētur capita, alterum ſub precibus matutinis, alterū ſub veſpertinis, adderetur q; brevis nō multū quartam horæ partem excedens Explicatio. Primo anno ipſe has lectiones in ſe ſuscipiebat. Sequenti v. qui erat, 1547. mihi hoc munus imponebat. Quo functus ſum ad annum 1552. Et primam habui concionem altera feria Paſchatos anni 1547. Et inde

inde legendo, meditando, ſcribendo, orando & exercendo huic ſtudio DEO auxiliante, usq; ad hunc diem incubui, ut ſpero, non ſine mea & aliorum ſpirituali utilitate. Habes meam, quam non ſe legi, ſed DEUS oſtendit Methodum. Acta colloquij nondum evolvere mihi licuit. Itaq; de ijs non pronuncio. Audio tamen à Fide dignis veritatem amantibus, illa facere pro gloria Dei, & eſſe ſpinam in oculis adverſariorum, utinam etiam in conſcientia. Crellij propoſitiones non vidi, mirum tales nugas ad me non pervenire. Non autem te ſinas talibus ſcriptis perturbari. Non ſufficit provocare ad Eccleſiæ Judicium, Lutheri ſcripta & ſcripturæ teſtimonia allegare, ſed videndum eſt, qua conſcientia, & quam bona Fide id fiat. Sunt omnes Hæretici valdè liberi ſuis ad Eccleſiæ imò & ad noviſſimi diei Judicium provocationibus: Et novit Satanas quoq; citare Scripturam, & omnes Schwermeri Lutheri teſtimonia invertere.

Nobis ſatis eſt, quod ſcimus, illam ipſam propoſitionem Majoris, Bona opera ſunt neceſſaria ad ſalutem, cum ſua reſponſione, ita ut nemo ſine operibus bonis ſalvari poßit, ſimpliciter eſſe falſam in CHRISTI *meritum blaſphemam, & nullo modo in Eccleſia ferendam, ſed ſimpliciter nullis reſpectis gloßis. Ut hæreticam & erroneam damnandam. De Doctoris Jacobi conatibus Lege. Domini Lutheri cenſuram Thom. III. Ien. Lat. fol. 1476. b. ſuper 25. caput Deuter. Chriſto te tuaq; ſtudia commendo: Vale. Datæ 22. Martij. Poſtquam integrum fere octiduum graviter decubuiſſem. 1570.*

M. Cyriacus Spangenberg.

EPISTOLA XXXVII.

DOctißime vir, Scriptiones tuæ eruditæ de rebus literatis pertinentibus, ad Eccleſias & Scholas mihi longe ſunt gratiores, quàm de quibusvis alijs, neq; de ullis libentius ac de his

cum

cum amicis colloquor. Eædem quoque nunc Epiſtolæ hujus materiæ erunt propoſitiones de operum præſentia, excluſa in juſtificationis articulo inſpexi & expendi. Satis circumſpectè & prudenter Hesbuſium ibi loqui apparet. Diſertè enim diſputat de neceſſitate præſentiæ operum, & quidem in actu juſtificationis, & addit quod, neceſſitas illa excludatur, quia cauſam aliquam requirit. Videtur igitur idem ſentire & velle quod nos, videlicet, quod in ipſa juſtificatione, quando de eo agitur, per quid juſtificemur, quidne nos juſtificet, quod in hoc opere (ſeu actu) qui eſt juſtificare, hoc eſt, imputare juſtitiam. Et abſolvere ab injuſtitia, non ſit conſtituenda operum præſentium neceſſitas. Nam ea requireretur, ut cauſa, & fieret doctrina de Juſtificatione fidei conditionalis, adderetur quippe conditio, hominem juſtificari fide ſi præſentia ſint opera. Lutherus autem & alij Theologi, cum dixerunt, opera excludi, non ut non adſint, ſed ut nihil mere-

antur, aut ut non juſtificent, reſpexerunt effectum ſequentem juſtificationem, quæ fit fide abſq; operibus. Ideò ne neceſsitas illa præſentiæ operum obtrudatur in articulo juſtificationis, & ne inde defendatur neceſsitas operum ad ſalutē, ego ita limitarē illam propoſitionē, ut dicerem, opera excludi in juſtificatione, nō ut nō adſint, ſcil. ſuo tempore & loco, & ut non ſequantur, ſed ut non juſtificēt, nec requirantur ad juſtificationē, quæ fit tota imputatione meritorū Chriſti per fidē. Hac limitatione & declaratione judico nos poſſe eſſe contentos, ut nihil opus ſit novā diſputationē moveri. Certè conſiderantibus quò tendant Adiaphoriſtæ, & quare urgeant neceſsitatem præſentiæ operū, minimè eſt admittendum illud dogma inſolēs & novum, etiamſi ſuo loco relinquatur & maneat in ſuo ſenſu propoſitio Lutheri, excluduntur opera, non ut non ſint ſed &c. quia per eam nō aſtruitur neceſsitas præſentiæ operū ita, ut ſine ea cum conſtet juſtificatio, & quod opera ſint neceſſaria ad ſalutē. De antilutherana catecheſi cēſu-

ram & reſponſionē ad Lucifugæ cujusdā chartas habet noſter Hartuicus. Is tibi eā legendam & dijudicandā eſt exhibiturus. Illud a. prædico, me non omnia, ſed præcipua notaſſe. Malum illud Cadmeæ diſcordiæ, quæ multorū piorum animos dolore & triſtitia afficit, optarim tecum benè eſſe ſopitum omnipotens medicus de excelſo ſuo throno reſpiciat clemēter, ſuper populum ſuum, & faxit, ut efficacia remedia tandē locū habeant, quæ nulla hactenus mala iſta valdè exulcerata admiſerūt ſed reſpuerūt In fine Epiſtolæ tuæ indicaſti Caſparū Francum, ſylvanū & tres alios ſacramētarios, divinitus raptos ad pœnā, tragica & miſerabili morte extinctos eſſe, de his ut veras hiſtorias ſi tibi notæ ſint, brevi sūma mihi exponere velis. rogo.

EPIST: XLII.

S.

Doctiſſime vir, amice obſervāde, legi epiſtolam tuā, in qua prolixè diſputas de infauſta iſta cōtētione ita multò jam tempore graſſante.

ut alij ab alijs fœdis modis deformentur, mihi non vacat ad eam reſpondere, & ſi vacaret, non video, quid afferret utilitatis, ſi accuratè reſponderem. Ego, quæ piæ pacis ſint, per triennium monere non deſtiti & didici experiundo, ita exacerbatos animos & res adeò exulceratas, ut conſilia de ſancta concordia & pace locum non habeant. Id agitur utrinq; magno conatu, ut multi ad alteram partem pertrahantur, qui damnent & perſequantur alteram. Video non bonam inire gratiam qui infelici & pernicioſæ contentioni voluit ſe immiſcere, id ne facerem, toto tempore hoſtilis hujus conflictationis cavi & ne faciam, fixa firmaq; ſtat ſententia, ne quæ turbata ſint, magis turbentur, néve ad turbandas Eccleſias beneficio Dei adhuc tranquillas feneſtræ ac fores aperiantur. Quod urges de confeſſione dico, me ita credere ſentire & loqui de peccato originali, ut Spiritus Sanctus doctrinam hujus articuli in ſacra ſcriptura patefecit, & verba præformavit,

*vit ſatis perſpicua & clara. Retineo defi-
nitiones per tot annos traditas, uſitatas
& explicatas in Scholis & templis, in
concionibus & publicis ſcriptis. Scio un-
de & à quibus acceperim doctrinam, in
ea acquieſco & Deo me confortante per-
ſiſtam, & à novis ac contentioſis quæſtio-
nibus, quæ magis ad deſtructionem quàm
ad ædificationem faciunt, abſtinebo, neq;
ullius tamen hominis hæreſi & erroribus
verbo Dei & judicio Eccleſiæ Catholicæ
damnatis patrocinabor neq; patrocina-
tus ſum unquam. Scripta quæ ad me miſ-
ſa eſſe epiſtola meminit, non accepi. De
meis libellis quid fiat Deo committo, &
in eo quod tua offertur mihi opera, bene-
volentiam tuam erga me agnoſco. Bene
vale. Hamburgi die 25. Aprilis Anno
1572.*

T. Joachimus Weſtphalus.

EPISTOLA XXXVI.

S.

*DOctrina & virtute ornatiſſime
D. Magiſter, amice ſincere, facis*

quod dignum eſt & conſtante & fideli amico, qui mittendis literis, cum habes idoneum & ſcribendi argumentum & tabellarium, mei te memorem eſſe oſtendis. Me tui viciſſim oblivio capiet nunquam, ſed memoriam tui conſervabo, etiam cum vel tempus vel apta ad ſcribendum materia, vel tabellarius commodus deerit. Triſtiſſima a. ſunt, quæ expoſuiſti de miſeriis & calamitatibus eccleſiarum & Scholarum in locis à vicino occupatis, quæ ſunt orbatæ bonis paſtoribus & rectoribus, mercenariis & canibus mutis in locum ſubſtitutis. Miſericors Deus reſpiciat tegat, foveat ac conſoletur in exilium cum uxoribus & parvis liberis ejectos. Videt iſta habitans in excelſis, ante cujus oculos omnia ſunt manifeſta, & tempore oportuno declarabit, ſe iſta videre & ſibi curæ eſſe. Optimus princeps piè & clementer facit, dum afflictorum animos refocillat ac conſolatur, non verbis ſolum ſed etiã benefactis, ſumptus & hoſpitia indigentib. præbens. Ita ſibi repo-

nit

vit theſauros in cœlis & fit particeps largiſſimæ remunerationis pſal. 41. promiſſæ. Beatus qui intelligit ſuper egenum, ac pauperem, &c. laude digna eſt ſapientia, quod vincit malum bono eſtq́ vera fortitudo omnibus triumphis clarior, quod tolerat inſignes injurias & ſpe fixa in Deo vivo patienter expectat auxiliũ Dei, daturi rebus adverſis & malis omnib. eventum bonum & lætam Cataſtrophen & inimicis pro meritis ipſorum juſtam mercedem in ſinum reddituri, niſi pœnitentiã egerint. Veriſſimo quoq́ vaticinio prædicis, impendere fatales ſuas pœnas errorum aliorum ſuper alios architectis & inventoribus nimiùm ſecuris & confidentibus; jamq́ etiam majeſtati filij hominis collocati ad dexteram Dei inferentibus immane & plusquam giganteum bellum. Contra hos unanimes fratres arma expedire in acie ſtare viresq́ ſuas experiri multo honeſtius laudabilius & utilius eſſet, quam ſe ipſos mutuò conficere & deformare.

Reno-

Renovatur & augetur ſubinde acerbus dolor in animis piorum, quod exitiale illud incendium non exſtinguitur, ſed invaleſcit ac magis inflammatur, & inextricabilis tela texitur quæſtionum, cum aliæ diſputationes alias gignunt.

Certè ut pernicioſum ita valdè intempeſtivum eſt hoc tempore illud inteſtinũ diſsidium, cum ſub cruce poſitus princeps pientiſsimus ſublevandus erat, propter quem certe moderatione aliqua debebat cohiberi, ſi non prorſus tolli ac ſopiri poſſet. De nova Catecheſi breves annotationes fere abſolvi, tantum deeſt præfatiuncula. Collectanea ex epiſtolis N.N. te jam vidiſſe puto, promiſit enim mihi eruditus & pietate decorus vir Hartuigus Wippermannus, ſe velle, cum Jhenam profecturus eſſet, ſecum ad te apportare. Is jam ingreſſus erat iter triduo ante quam tuæ literæ ad me afferrerentur. At ſpero te jam accepiſſe, quando hæc epiſtola tibi reddetur jamq́; dulci frui vos colloquio. De morte regis Sueciæ jamdudum

aliquid

aliquid ſparſum erat; Verum fabulam fuiſſe ex eo apparet, quod jam multo tempore fama illa ſilentio tegitur. De pace facta non aliud quicquam audivimus, quam adhuc integram conſtare. Quod ſe iſte Dominus opponit Cæſareæ Majeſtati nihil admodum mirum eſt, quandoquidem Summo Imperatori, penes quem rerum omnium ſumma poteſtas eſt, reſiſtit neq; reformidat contra ſe excitare validos clamores & gemitus penetrantes nubes ad thronum Dei, qui ut verax eſt tum in promiſſis tum in comminationibus ſuis, exſurget tandem & eripiet afflictos humanis præſidijs deſtitutos &c. Benè vale die ſexto Maij Hamb. 1571.

T. Joachimus Weſtphalus.

EPISTOLA XXXI.

GRatiam & pacem in JESU *Chriſto adverſus iram ac fremitum mundi Reverende & doctiſſime vir, frater in Chriſto chariſſime. Quod*

uno

uno eodemq́ tempore binas literas ad me dediſti in ea re diligentiã & ſtudiũ tuum erga me experior & laudo, teq́ hortor, ut poſthac in mittẽdis literis ſimilem diligẽtiam & amorẽ in me tuum declarare velis. De neceſſitate præſentiæ bonorum operum, de qua acerrimus fuit in colloq. Aldenburg: conflictus, jam ante tibi meam ſententiã expoſui. Summatim jam iterũ dico, me non videre quomodo inter ſe cõſentiat quod Apoſtolus Paulus diſputat & aſſerit, abſq; operib. nos juſtificari, & quod Adiaphoriſtæ D. Majoris patroni contendũt, opera neceſſario in juſtificatione adeſſe oportere. Verum eſt, nõ excludi opera in Articulo juſtificationis ut nõ ſequãtur, & nõ ſint docẽda in loco de fructib. fidei & de bonis operibus, verũ quod neceſſe ſit adeſſe opera, cum quis juſtificatur equidẽ nunquã ex doctrina Apoſtoli Pauli didici. Annis amplius quadraginta, nec audivi à præſtãtiſſ: Dd. quos hæc tempora noviſſima tulerunt, nec legi in Lutheri & conſentium cum eo Theologorũ commẽtum & gloſſam

gloſſam, meritum ac fiduciam bonorũ operum tantùm excludi, ita ut tamen neceſſaria ſit in juſtificatione operũ bonorũ præſentia. Cæterũ, quæ mea ſit ſentẽtia de tota diſputatione, quæ cõtinetur in Actis colloquij ſatis oſtendit mea epitome ex Actis concinnata, quã an publicari velint Theolog: arbitrio permitto. Oppoſui inde integrã ſcripti Wit. & Lipſ. refutationẽ, ita attẽperatã brevitate, ut facilè à multis haberi & legi poſſit. Poſteriorẽ invectivã per æſtuantẽ & fortaſſis peſtilẽtialem febrim hominis delirantis nõ legi, audivi tamẽ de ea virulẽtia magna ſuffuſã eſſe. Cõciones meas de neceſſitate bonorũ operũ miſi ad venerabilẽ virũ D. Cyriacum Spangenb: quæ ſi nõ excudẽtur Islebiæ, ad vos Ihenam pervenient. Venerandũ ſenẽ & amicũ meũ intimum adeptũ eſſe præclarã conditionẽ in vicinia urbis Ihenæ gratulor optimo viro eam felicitatẽ, & DEO gratias ago, qui ſervorũ ſuorũ fideliũ rationẽ habet, & ſi quid ejuſmodi patiũtur, propter veritatis cõfeſſionẽ; ẽt in hac vita benignè compenſat.

Salu-

Saluta illum plurimum meis verbis & omnes fratres unanimes. In domo Domini habitantes, quos altiſsimus protegat benedicat ac ſervet omnes. Bene vale. Hamburgi die 7. Martij Anno 1570.

T. J. VV.

EPISTOLA XLIV.

G. P.

R*Everende vir, amice cariſsime, tuæ literæ eo nomine mihi fuerunt gratiſsimæ, quod præter meā exſpectationem mihi ſunt allatæ, tum quod ſtatum Eccleſiæ Borußicæ, quem tamen meliorem eſſe opto, ex eis cognovi. Et ſanè dolendum eſt, quod res Eccleſiæ Chriſti in eum redierant locum, ut veris Chriſti ſervis fideliter ſuum officium facientibus ubiq; fermè non tantùm terræ ſed etiam cœli, ut mundus credit, inhabitatio præcidatur! Quid in Thuringia factum ſit, ipſe expertus es. Quid fiat nunc in his oris* auff

dem

dem Eichfeldt / da der Biſchoff von Mäintz rechtſchaffene Prediger austreibet vnd Jeſuiter darein ſticket / *non ſine ſumma animi perturbatione adſpeximus.*

Jam verò in hàc urbe & nos adoritur Satan virulentiſsimus divinæ veritatis hoſtis per noſtros Pontificios. Illi enim ante tres menſes ex Judicio Cameræ Mandatum vehementiſsimum ſub nomine Imperatoris impetraverunt & Senatui noſtrò inſinuarunt, & proximâ Dominicâ Judica ad omnium ferè Templorum valvas affigi fecerunt. Vnd iſt die Summa davon: Man ſol bey Pœn der Acht/ die Papiſten gantz gewähren laſſen / ſie weder ſtraffen noch ſchelten an Lehre oder Leben / ꝛc.

Hildeſiæ 16. April. Anno 1576.

M. Bartholomæus VVolſhart.

EPISTOLA L.

S. D.

M Revi-

REverende vir, κέρδος μὲν οὐδὲν εἰδέναι, πόθος γέλις τὰ τῶν φίλων φίλοισιν αἰσθέσθαι κακά. *Etſi igitur dolorem mihi multum quæ in literis tuis commemoraſti, attulerunt. Tamen gratum fuit de veſtræ Eccleſiæ Reipublicæ & privato familiæ ſtatu adeò copioſè ex te cognoſcere. Nec dubito, quin affinem tuum Andream Corvinum Superintendentem Wiſmarienſem de tua voluntate certiorem reddideris. Ego cenſuram illam de controverſia veſtra nondum vidi, nec ad deliberationem adhibitus ſum. Intelligo autem principem veſtrum Georgium Fridericum moderatius ac lenius adverſariorum veſtrorum expectatione in hac cauſa pronunciaſſe. Cumq́; hoc unum requirat, ut conſentaneè Formulæ Concordiæ de perſona* CHRISTI *doceatur, & ad populum controverſia illa, vulgi captum longè ſuperans non agitetur: exiſtimarem vos bona conſcientia adquieſcere poſſe, præſertim cum ijs, quæ*

in

in cenſura falſo de vobis narrari queri-mini publicè contra dixeritis. Nec pro-bare illa, ſed tantùm pro concione non a-gitare ſpinoſam hanc diſputationem ju-beamini. Benè vale Anno 76.

David Chytræus.

EPIST: XL.

Salutem in Chriſto.

QUid eſt, mi Conrade, quod cum dolore legiſti me Lutheri magni viri DEI ſen-tentiam de peccato origi-nali adſerere & tueri? & cur, quæſo, adeò abſurda tibi Illyrici pro-poſitio videtur cum revera nihil aliud af-firmare velit, quam quod pater Lutherus docuit. Peccatum nimirum eſſe totum id quod natum eſt ex patre & matre. Sit ſa-ne, Illyrici propoſitionem eſſe inuſitatam, igiturnè tam hoſtiliter pro hæretico da-mnari pius frater debebat? Sceleratū eſt, inquit Lutherus, T.1. Jen. lat. f.69. cū no-veris pium & ſanū eſſe alicujus ſenſum ex verbis incōmodè dictis ſtatuere errorem.

Vides præterea in quas abſurditates veræ ejus ſententiæ oppugnatores ruant, quas ipſe recitas & deteſtaris. Neq; aliter fieri potuit, manifeſta calumnia eſt, Illyricum Amniſtiam quærere, aut perpetuum ſilentium, modo cauſa componatur, veſtris offerre. Imò verum in vera Sententia conſenſum quærit, & hujus controverſiæ ſynceram ac dexteram explicationem per fraternam aliquam collationem expetit. Jam non tantum multi alij errores pio Chriſti miniſtro adfinguntur, ſed etiam pium ſtudium in ſiniſtram partem illi vertitur. Quæ hæc eſt malitia? Lutherus diſcernit, (ſcio) ſubſtantiam hominis integri & eam, quam habituri ſumus reſuſcitati & glorificati à peccato: Sed quando de corrupta noſtra ſubſtantia loquitur, tunc certè eam eſſe illam ipſam originem & fontem omnium peccatorum manifeſtè aſtruit, ita ut illi ſubſtantia vel natura corrupta & ſcaturigo peccatorum, vel peccatum illud originale perpetrans omnia alia peccata ſint idem. Tu diſcer-

diſcernis ea, & dum peccatum originale negas eſſe accidens, certè aliam eſſe extra vel intra noſtram ſubſtantiam eſſe concedere cogeris, & ſic Manichæiſmum incurres, aut cum Luthero fateberis, eſſe illud id totum quod natum eſt ex patre & matre. Mitiores illæ formulæ, quibus Lutherus pro captu auditorum uſus eſt, non extenuare debent gravitatem rei, quam ubi ex profeſſo de peccato originali egit, ſatis manifeſtis ſubſtantialibus verbis declaravit. Sic etiam non ſunt contra noſtram ſententiam, quæ præterea adducis, ſed potius eò trahi poſſent ſi tua interpretatio locum habere deberet quod naturalia adhuc per ſe eſſent integra & tantum accidentaliter corrupta. Epiſtolam tuam dudum Henrico miſi. Nec dubito quin tibi ſit reſponſurus, rectè enim intelligit hanc controverſiam & rectius, quam multi alij, de ea judicat. Vale mi Conrade & ſimpliciter Lutheri ſententiam tuere. Datæ Mansfeldi 1571.

T. Cyriacus Spangenberg.

EPISTOLA LXI.

Alia ejuſdem ad M. Schlüſſelburgium in Academia Jenenſi.

S.

Quod literæ noſtræ tardiſſimè invicem reddantur, vir doctiſſime & amice obſervande, nihil mirum eſſe debet, cùm longam moram trahant in itinere priusquam ad noſtras manus perveniant. Epiſtolam tuam datam die Martini primùm accepi cùm celebraretur dies natalis ſervatoris noſtri, tamdiu in via detenta fuit, & tandem allata eſt à quodam tabellario Lubecenſi. Si quidem aliquandiu in ſcribendo à te eſt prætermiſſum, dum Jhena per aliquot hebdomadas abfuiſti, compenſaſti ſatis de varijs rebus me faciendo certiorem. Quæ commemoraſti de ſtatu Acad: Jenenſis, minimè ſanè læta fuerunt, neq; cuiquam pio jucunda eſſe poſſunt. Inde enim apparet ſubindè majores diſtractiones fieri et inter domeſticos & fratres, & diſſidium illud

illud triſtiſſimum invaleſcere, & deniq; in manifeſtam ac violentam perſecutionẽ erumpere. Undè non minus piè quàm prudenter facere videntur, qui ſeparant ſe ab iſtis contentionibus & cavent ſibi ne tantis malis ipſi quoq; implicentur quandoquidẽ nec aliјs ſe quicquã prodeſſe neq; ſanare aut imminuere, ſed magis exaſperare res nimiũ exacerbatas eos qui ſe admiſcent & ẽt moderatiſſimè quid ſentiãt dicunt, perſpiciunt. Si non ſcirem ex verbo Dei & hiſtoriarũ evidentiſſimis documentis, perdiſcerẽ id ſatis ex hac infelici mutua conflictatione & hoſtili inſectatione, quãtus ſit artifex ſatanas in concitãdis turbis, & quàm nôrit cõcordes armare in prælia fratres. Tecum vota facio, ut qui Auguſtanæ Confeſſ: ſe eſſe profitentur, poſitis domeſticis ſimultatibus conjunctis armis cõmunib. hoſtib. ſeſe opponãt, quos incitatos & corroboratos inteſtino bello, animos ſumere & inſolentiores fieri, res ipſa teſtatur. Syllogismũ ſacramentarium ante menſes duos legeram in charta latè circumvagante.

Ad eum ſolvendum non gladium Alexandri, ſed gladium Spiritus quid eſt verbum Dei, attuli. Quanquam, cùm ſint Scopæ diſſolutæ, in eo diſſolvendo non magnopere mihi laborandum fuit.

Mitto meam Reſponſionem, unde ſpero vos cognituros, me conatu meo non omnino fruſtratum eſſe. Reſpondi etiam ad ſex futiles cauſas allegatas à W. Cur Calviniſtas in ſacramentaria hæreſi obſtinatos nolint damnare, quos jam olim Lutherus & cum eo non ſolùm Wittenbergenſis Eccleſia & Academia, ſed etiam aliæ Eccleſiæ & Academiæ damnaverunt. Ita ſubindè clarius in lucem emergit veritas, dum ipſi ſeſe aperiunt, & ſocij eorum publicum de ipſis Teſtimonium ferunt. Scripſi præterea reſponſionem ad grandem librum glorioſè ſe jactitantem titulo fundamenti. Nullum enim præclarius & dignius exiſtimo argumentum, in quo tractando magis piè & cum laude verſetur aliquis, quàm ſi dimicet pro gloria & Majeſtate, à filio Dei humanæ naturæ

turæ aſſumptæ, & ad dexteram Dei collocatæ verè communicata. Annotationes meas in AntiLutheranam Catecheſin & argumenta, quibus probatur, Chriſtum non Phyſico modo localiter cœlo capi & concludi, ſuperiore anno D. Wigando miſi, ab eo ſi petas, exiſtimo non denegaturum. Pluribus communicarem quæ ſcribo contra Sacramentarios, ſi haberem qui toties exemplaria deſcriberent. Operam dabo, ut refutatio Calvinicæ Catecheſis deſcriptæ, venerabili Domino Paſtori Scheitlichio mittatur.

Apprimè utilem ſumis laborem in conferendis exemplaribus Auguſtanæ Confeſſionis & colligendis corruptelis, nonnullæ indicatæ ſunt in Confeſſione exulum qui ditione Elect. ſunt pulſi, Item in Confeſſione Prutenicarum Eccleſiarum, nec non in Jenenſium Theologorum libro continente Acta Colloquij Aldenburgici.

Collectum à te librum nihil opus eſt ad me mitti. Habes ibi Theologos acuti

judicij, quorum opera utaris, qui etiam præfationem addant. Scripta ſi quæ mittes, aſsignabis precium. Nolim enim tuis commodis quicquam decedere, & mea te cauſa emendis pro me libris ſumptu illo gravari. Benè vale. Hamburgi 28. Jan. anno 1572.

T. deditiſſimus

Joachimus Weſtphalus.

EPISTOLA XXVII.

Judicium Weſtphali Superintendentis Hamburgenſis, de Excluſione Witebergenſium.

Ad Dn. Conradum Schlüſſelburgium.

S.

Doctiſsime vir, Legi tuam confeſsionem de Chriſto, in ſacra Cœna non ſolùm divinitate, ſed etiam corpore & ſanguine ſuo præſente; & de ſynergia voluntatis in converſione hominis. Quantum intelligi datur ex brevi ſcripto, judico eam cum ſacra ſcriptura & cum ſcriptis D. Lutheri, Brentij, &

Saxonicarum Eccleſiarum doctrina convenire. Nulla eſt facta mentio verborum Inſtitutionis Chriſti. VII. potiſſimũ probationes præſentiæ corporis & ſanguinis Chriſti in ſacramẽto Euchariſtiæ ſumi ſolent, ſed cã puto omiſſam eſſe, quòd Antagoniſtæ inde ad aliam diſputationẽ te abduxerint. Ad argumentũ oppoſitum rectè reſpondiſti, verum quidẽ eſſe, quòd Chriſti humana natura non eſt æterna, proinde neq; infinita, neq; ubiq; cum divina natura præſens, ſi natura humana abſolutè ſeu in Abſtracto conſideretur. Falſum a. ſi loquamur de aſſumpta ab æterno verbo & cũ eo in unam perſonam unita. Etſi n. non fuit ab æterno, ſed in tẽpore facta eſt, tamen cùm à filio Dei ſit aſſumpta, datum eſt hoc ei, ut maneat in æternum, ſicut in Evãgelio Johannis dicitur, & Eſ. 9. vocatur Meſſias æternus pater, per quẽ & nos æterna vita & beatitudine perfruemur. Humanæ naturæ in Chriſto nõ tantùm ſecũdum dici, ſed verè & rebus ipſis cõmunicatã gloriã Majeſtatis, infinitæ potẽtiæ,

ubiq;

ubiq́ præſentiæ, quam ſecũdum divinam naturam habet ab æterno, vir optimè meritus de Eccleſia DEI D. Johannes Brentius evidentiſſimis & firmiſſimis teſtimonijs ſcripturæ demonſtravit, cujus præclara ſcripta oppugnaverunt quidem multi Sacramentarij ſuis ſibilis & ſophiſticis armis, ſed non expugnaverunt neq́ ullo unquam tempore expugnabũt. Quidam ex illis in medijs Giganteis ſuis conatibus, cùm cœlo bellum inferre, & majeſtatem filij hominis imminuere molirentur, perierunt. Chriſtus filius hominis habet verè, non tantùm ſecundum dici, poteſtatem remittendi peccata; Chriſto homini data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra, quæ immenſa & infinita eſt poteſtas: ubiq́ totus, Deus & homo, adoratur: ubiq́ audit gemitus & preces Eccleſiæ ſuæ, non abſens ſed ubiq́ præſentiſſimus ſecundum promiſſionem ſuam, ubicunque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum ſum.

Idem

Idem ille eximius Theologus, Johannem Brentium dico, quem nunc quidam Neophyti in ſcholam deducere & reformare præſumunt, integro libro ſatis refutavit craſſam opinionem Bullingeri, quod dextera Dei ad quam Chriſtus ſedet ſupra omnes cœlos exaltatus, intelligenda ſit in ſymbolo fidei de certo loco cæli. Quaſi verò in Deo aliquid ſit locale vel corporale, quod ne ſani quidem Philoſophi conceſſerint. Metalepſis in verbo Eſt, planè novus & obſcurus eſt tropus, qui alios tropos omnes obſcurabit, quos lynceis ſuis oculis alij Sacramentarij in verbis Teſtamenti Chriſti viderunt. Ita fieri ſolet, cùm diſceditur à manifeſta veritate & genuina ſententia verbi Dei, ut tot tamq; varia excogitentur commenta quàm multa & diverſa ſunt capita.

Vir Dei, Lutherus, ſynecdochicam locutionem agnovit in verbis Chriſti: Hoc eſt Corpus meum, Hic eſt ſanguis meus, ſed non fuit tam perſpicax, ut

viderit

videret in profundo abditum tropũ Metalepſin latere. Locum ex 6. cap: Johan: Nemo venit ad me niſi pater traxerit eũ, valde mirum eſt inflecti ad aſſerendam Synergiam voluntatis humanæ in converſione, quem Theologi tum veteres tum recentiores, tanquam validiſsimum & inexpugnabilem murum defenſoribus liberi arbitrij oppoſuerunt. Ac quidẽ non oſcitanter intuenti verba clariſsima apparet ſynergiſtarum aſſertionem ex Diametro pugnare cum ſententia Chriſti, & illam per hanc everti. Tribuunt n. humanæ voluntati aliquam potentiam veniendi ad Chriſtum, dum affirmãt, eam aliquo modo ex ſeſe aſſentiri Evangelio poſſe & apprehendere promiſsionẽ ſalutis. E contra Chriſtus adimit omninò illam potentiã, negat quenquã poſſe ad ipſum venire, niſi pater traxerit eũ. Cauſam partialem converſionis conſtituunt in hominis voluntate, ſua vi aſſentiente & applicante ſe ad objecta gratiæ. Chriſtus a. ſoli Deo patri trahenti adſcribit, quòd cõver-

titur

titur verbo trahendi exprimit, & oſtendit, unde ſit vera cognitio Chriſti & fides in Chriſtum, inde nimirū, quod pater hominē trahit, idq́ dat ex gratia ut credat in Chriſtū. Tractus patris cœleſtis nō invenit in homine bonā voluntatē, cui cooperetur, ſed eā facit. Addūt trahi à DEO volētes: Quæ appendix prorſus diſsidet à mēte Chriſti, cùm intelligitur ſynergia & noſtra volūtas conjungitur tanquā cauſa, ex ſe cooperans cū Deo trahēte ſuo ſpiritu per verbū. Vere a. dicitur, quòd Deus trahit volentes, cùm id accipitur hoc ſenſu, quòd ſic trahit ut efficiat volētes, & ſicut Auguſt: inquit, nolentes præveniat ut velint, & ne fruſtrà velint adjuvet. Quod n. cepit, continuat ac perficit. Hinc orant Sancti, qui trahente patre venerunt ad Chriſtum, ut continue trahat & regat eos, ut volentes ſe ſubmittant ejus voluntati & debitam obedientiam præſtent. Commodius offertur hic ſenſus altero illuſtriore dato. Præeunte gratia, comitatur voluntas.

Aſſer-

Aſſertores ſynergiæ ita exponunt, quòd gratia præveniente voluntas ſua quadam vi obtemperet. Verùm conſonat hujus dicti interpretatio ſcripturæ, cùm exponitur, quòd voluntas comitatur, cùm præit gratia & voluntatem averſam convertit. Altera parte indicatur cauſa efficiens, altera effectus. Quòd voluntas comitatur, quod conſentit & obtemperat; id gratia præveniens efficit. Una tantùm cauſa efficiens denotatur, vid: gratia præveniens, non duæ, quarum altera ſit voluntas cooperans cùm gratia: Sic Propheta Jeremias conjungit cauſam & effectum, cùm dicit: Converte me Domine & convertar. Poteſt etiam hoc dictum, Deus trahit volentes, intelligi de renatis, in quibus Deus jam præparavit voluntatem & ex mala fecit bonam: Nam & hos ſubinde trahit pater. Beatus Auguſtinus tractatu 26. in Johannem, dicit: Si non traheris, ora ut traharis: Hoc dictum non ad alios pertinet quàm ad converſos, qui ex ſide vera orare poſſunt:

poſſunt. Nam qui nondum ſunt converſi, non ex fide orant, ut trahantur; Nam vera oratio non eſt ante fidem in iis, quos Deus trahendo non fecit idoneos, ut aliquid boni cogitent ac orent. Vt, quos cepit, ſemper pergat trahere. Idem libro de Prædeſtinatione ſanctorum cap. 8. Trahi à Deo & audire ac diſcere à patre ut veniat quis ad Chriſtum, nihil aliud eſſe docet, quàm donum accipere, quò quis credat in Chriſtum. Ubi fidem tribuit non libero arbitrio cooperanti, ſed DEO trahenti & donanti fidem. Unde & tractatu 16. in Johannem, negat, Deum in nobis invenire fidem quam exigit, niſi quod exigat donaverit. Tractatu 5. dicit: nemo de ſuo habet niſi mendacium & peccatum. In eandem ſententiam Chryſoſtomus ſcribit Homil. 35. Omnis homo non ſolùm naturaliter peccatum eſt, ſed etiam totus peccatum, dicente Apoſtolo, Eramus naturâ filij iræ. Quam habet ex ſe poteſtatem cooperandi cum Deo in converſione, qui de ſuo nihil habet niſi mendacium

 dacium

dacium & peccatum, & qui naturaliter totus eſt peccatum? Hieronymus libro 3. contra Pelagianos verba CHRISTI, Nemo venit ad me niſi pater traxerit eum, opponit liberi arbitrij patronis. Chriſtus quando dicit, nemo poteſt venire ad me, frangit ſuperbientem arbitrij libertatem, quòd, etiamſi velit ad Chriſtum pergere, niſi pater cœleſtis traxerit eum, nequicquam cupiat & fruſtra nitatur. Simul & hoc eſt animadvertendum, quòd qui trahitur non ſponte currit, ſed aut retrectans & tardus aut invitus adducitur. Vides proprietatem verbi trahere ſic urgeri, ut omninò refutetur vulgatum dictum: Deus trahit volentem, cùm intelligitur quòd humana voluntas ſua quadam inſita vi Deo trahenti cooperetur, & ea vel præcedat vel ultrò ex ſeſe Deum trahentem ſequatur. Pſalmo 100. Spiritus Sanctus manifeſtis verbis humanarum virium ſynergiam in efficienda nova creatura excludit, dicens: Scitote quoniam Dominus ipſe eſt DEUS, ipſe

Digitized by Google

ipſe fecit nos, & non ipſi nos populum ſuum & oves paſcuæ ſuæ. Synergiſtæ hoc ſcire volunt, qui dicunt, cooperamur & nos aliquo modo ex nobis & facimus aliquid ut ſimus populus Domini & oves paſcuæ ejus. Sed apertè contradicit Spiritus ſanctus, compellans liberi arbitrij propugnatores & ſynergiſtas, ſcitote, quod Dominus ipſe fecit nos & non ipſi nos. Multis alijs perſpicuis teſtimonijs ſcripturæ refutatur falſa doctrina de ſynergia, quæ cùm ſint nota, & ab alijs integris libris propoſita, recitare omitto.

De præſentia bonorum operum in Juſtificatione.

M*IROR quid iſtis in mentem veniat quidvè ſibi velint, qui de præſentia bonorum operum in articulo Juſtificationis diſputant.*

Neſcio ſanè, an habeant ſibi perſuaſum præcipuum articulū doctrinæ Chriſtianæ inte-

integrum & ſincerum conſervari poſſe, ſi in Juſtificatione opera admiſceantur. Papiſtæ quoquo modo poſſunt, fidei juſtificanti addunt opera, ne concedant ſola fide in Filium Dei Jeſum Chriſtum hominem juſtificari. Contendunt fidem formatam juſtificare, & juſtitiam partim fidei, partim operibus tribuunt. Equidem non video quàm longè abſint à Papiſtarum ſententia, qui ita fidei opera adjungunt, ut dicant impoſſibile eſſe, ut quisquam abſq; operibus ſalvus fiat. D. Lutherus & ejus Coadjutores divinitus excitati ad repurgandam doctrinam omnibus modis corruptam & depravatam, accuratè diſtinxerunt fidem juſtificantem, & opera quæ eam ſequuntur. Eſt enim alia quæſtio, cùm quæritur, quomodo quis juſtificetur, & alia, quid homo per fidem Chriſti ex gratia juſtus, operetur. Cum quæritur de juſtificatione, quæſtio eſt de cauſa efficiente, quid peccatorem juſtificet coram Deo, alia eſt, cùm quæritur de effectibus ſeu fructibus juſtitiæ

ſtitiæ fidei. Quàm ſollicitè D. Lutherus in expoſitione Epiſtolæ ad Galatas cap. 2. monuit de Juſtitia Evangelij tàm diligenter diſtinguenda à Legis juſtitia, quã diligenter diſtinxit Deus cœlum à terra, lucem à tenebris, diem à nocte? Si de fide & juſtitia cœleſti agatur, Legem prorſus excludendam eſſe, & relinquendam in terra. Concedit docendum quoq; eſſe de bonis operibus & charitate, ſed ſuo tempore & loco, quando ſcilicet quæſtio eſt de operibus extra articulum Juſtificationis, in quo ſtatus cauſæ eſt, quare juſtificemur & vitam æternam conſequamur? ad quam quæſtionem reſpondet cum Paulo: Sola fide in Chriſtum nos pronunciari juſtos, non operibus Legis aut charitate. Addit deinde, hunc locum nequaquam admittere diſputationem de operibus bonis, omnia hîc opera ſe rejicere, cùm verſatur in hoc loco cõmuni de Iuſtificatione. Tom: 6. Ien: monet, ne miſceantur fides & charitas: accuſat Papiſtas quod dicunt, oportere fide juſtificari ea-

 tenus,

tenus, ut adſint opera. Ubiq́ collocat primo loco fidem, deinde opera. Philippus Melanthon in epiſtola edita à Manlio, Fol. 80. conqueritur de particula Sola, perpetuam eſſe adverſariorum cavillationem, quod fides non ſit ſola. Theologi quidam anno 1556. Paceo præſcripſerunt quandam confeſſionem, quod in articulo Juſtificationis coram Deo & ſalutis excludantur omnia opera legis, quæ ante, cum & poſt fidem fiunt. Auguſtinus libr. 4. de fide & operibus, cap. 14. ait quod bona opera ſequantur juſtificatum, nō præcedunt juſtificandum. Si ſequuntur juſtificatum opera & non præcedunt juſtificādum, quorſum attinet diſputare, bona opera in Juſtificatione adeſſe oportere. Prophetæ & apoſtoli cùm docent de Juſtificatione hominis, non diſceptant de præſentia operum in juſtificatione, ſed gratiā Dei & beneficia Chriſti commendant, ponunt excluſivas, abſq́, tantum, gratis, & quæ his æquipollent. In Eſaia c. 45. Omnis lingua jurat Domino & dicit: In Domino

eſt

eſt mihi juſtitia. Paulus pronunciat hominem per fidem juſtificari abſque operibus legis, Chriſtum eſſe finem Legis ad juſtitiam omni credenti, & à DEO nobis factum eſſe Juſtitiam. Quid hic loci relinquitur operibus? Juſtitia igitur Chriſtiana eſt in Chriſto, ipſe eſt juſtitia noſtra; proinde conſiſtit extra nos & extra omnia noſtra opera. Deus juſtificat impium. Impius quæ habet bona opera? Deus imputat fidem ei, qui non operatur. Imputat autem Juſtitiam ex gratia propter meritum Chriſti, non propter meritum aut præſentiam noſtrorum operum. Applicatio juſtitiæ fit ſola fide, id eſt, fiducia mediatoris, non propter contritionem, non propter præſentes aut ſequentes virtutes. Fides nititur ſola miſericordia, propter mediatorem Jeſum Chriſtum promiſſa. Quapropter Lutherus in publica diſputatione habita anno 1520. defendit hanc propoſitionẽ: Fides niſi ſit ſine illis etiam minimis operibus non juſtificat, imò non eſt fides.

Hæc diſputata, hæc defenſa & irrefragabili veritate ſcripturæ communita ſunt per tot annos. Cum his quomodò conſentit, quod contendunt de præſentia bonorum operum in juſtificatione, & de operum neceſsitate ad ſalutem? Hic opponetur nobis, quod idem Lutherus ſcripſit: Fides ſola juſtificat, non eſt ſola. Agnoſcimus verba Lutheri eaq́ recipimus, verùm non alio ſenſu quam quo ille ſcripſit. Significanter dictum eſt: Sola fides juſtificat, ſed non eſt ſola. Nam veriſsimum eſt quod fides juſtificans eſt ſola, ſine operibus, verùm non ita ſola juſtificat, nec ita ſola eſt, ut perpetuò ſit & maneat ſola. Nam vera fides quæ juſtificat operatur ſuo tempore & loco per dilectionē: Et Juſtitiam ſidei bona opera ſequuntur, ut cauſam effectus.

Excluduntur enim opera à Iuſtificatione, non ut nulla adſint aut ſequantur, ſed ne adjungantur ut cauſa efficiens, ut cauſa ſine qua non, ut meritum, vel ut conditio, excluduntur inquam, ut non

ſimul

ſimul juſtificent, non cooperentur, non adjumento ſint ad juſtitiam & ſalutem, ne promiſſionem Evangelij conditionalem, nevè ſalutem faciant dubiam & incertam. Etiamſi concurrant & adſint aliqua opera in converſione & juſtificatione, quæ Deus efficit in ijs quos convertit & juſtificat. Non tamen eo poteſt ſtabiliri Papiſticum dogma, quod opera ſint neceſſaria ad ſalutem, Et impoſſibile ſit abſque his quenquam fieri ſalvum.

Valdè dolendum eſt doctrinam cœleſtem in hoc articulo & in alijs partibus illuſtratam multorum ſcriptis obſcurari & vocari in dubium ab ijs qui gloriantur ſedere ſe in loco ſancto, & à doctrina his noviſſimis diebus nunc denuò patefacta per Prophetam Dei, de qua in reformatis Eccleſiis fuit ſummus conſenſus, illo vivente, ſe nusquam diſcedere.

Spiritus ſanctus ducat nos in omnem veritatem, & latè graſſantes errores evellat, & omnem plantationem quam pater cœleſtis non plantavit, eradicet,

errantes ex ignorantia convertat atque in viam veritatis & ſalutis reducat.

T. Joachimus Weſtphalus Hamburgenſis, 10. Julij anno 1569.

Judicium M. Nicolai Galli, de præſentia bonorum operum in actu Juſtificationis,

EXcluſivæ, ſola fide, gratis, ſine lege, non tantùm meritum, cauſam, dignitatem & gloriationem removent, ſed ipſam etiam præſentiam operum ad juſtitiam ſcilicet & ſalutem. Sunt enim æquivalentes propoſitiones, Opera ſunt neceſſaria ad ſalutem & ſunt neceſſaria ad juſtitiam, & Chriſtus non eſt ſatis ad ſalutem. Eſt igitur omninò falſa propoſitio & damnanda, ſcilicet: Quòd neceſſaria ſit præſentia operum ad juſtitiam & ſalutem. Suâ etiam naturâ falſa eſt. Propoſitio, cùm effectus

non

non dicatur neceſſarius ad cauſam, ut fructus non ſunt neceſſarij ad arborem. Sed quæ Paulus dicit, ſine operibus ſimpliciter, non dicit ſine merito & cauſa.

EPISTOLA XXI.

Ad Dn. Conradum Schlüſſelburgium.

Salutem in Domino.

T*Eſtimonium quod petis, mi Conrade, nunc tibi mittitur. Faxit* DOMINUS JESUS: *ut efficiantur per illud quæ ei grata & eccleſiæ ſint ſalutaria. De Neubero. D. Meiendorffio reſpondi: & eos quos nanciſci potuimus libros, mitto. Non læta ſunt quæ de Neubero ſcribis: Avertat omnia præſertim in rebus ſpiritualibus mala omnipotens. Ego optarim pium Principem melioribus auſpicijs exordiri gubernationem: non tantùm jure hæreditario; ſed mirabili Dei conſilio contra varios hominum conatus & conſilia, ad ipſum devolutam.*

Digitized by Google

Cur peccent qui ad Baptiſmum adhibent diverſæ & contrariæ religionis homines, graves adduci poſſunt cauſæ, quas in Clivenſi Ducatu quibusdam expoſui: atq; libenter tibi communicaſſem: ſi præ negotiorum variorum in hanc ſeptimanam incidentium multitudine, quærere illas potuiſſem, ſed fortaſsis admonitus alio tempore illas tibi communicabo. Cæterùm cùm proximè mecum eſſes, cenſuras de meo prædeſtinationis libello legebas & priorem illarum partem, tuis chartis quas in feneſtram repoſueras immixtam, tecum ſumpſiſti, quam mihi per primam occaſionem remittas oro: non enim illa carere poſſum. Speraſſem me cum literis proximis tuis illam recepturum. Ne quæſo hac in re me defraudes. Vale.

Datæ in oppido Mansfeld: anno 1568. quo ante annum obijt Cl.V. D. Johannes Hiltnerus LL. Doctor. Religioni ſinceræ totus addictus, ab omnibus corruptelis alieniſsimus, poſtquam ſumma cum utilitate

litate & laude Reipubl. Ratiſbonenſi 40. annis præfuiſſet.

M. Cyriacus Spangenberg.

EPISTOLA XXII.

Alia ejuſdem ad Schlüſſelburgium.

S*Alutem in Chriſto JESU unico redemptore & ſervatore noſtro. Intelligo ex tuis literis Morlinum & Chemnitium publica ſcripta contra D. Illyricum edidiſſe, quæ ſanè non vidi: Oro autem ſi apud vos habentur ut mihi Exemplar compares. Doleo tam inſignes viros in tantam dementiam labi, ut non vereantur ſeſe manifeſtæ veritati per D. Lutherum pronunciatæ, & per cōſtantem & fidelem ejus Depoſiti cuſtodem D. Illyricum repetitæ opponere. Ah bone Deus, quanta ſcandala imbecilliorum, quanta ludibria hoſtium, quantam ſævitiam perſecutorum deteſtanda hæc ſcripta excitabunt! Audio veſtros etiam cum D. Illyrico ne colloqui quidē voluiſſe.*

Ad

Ad quid hæc proderit inſolentia? Objiciunt, Illyrici Propoſitiones tam nudas ad verbum in ſacra ſcriptura non inveniri. Ergò eſſe abjiciendas nec in eccleſia tolerandas. Sed reſpondet Lutherus in libro de Conciliis & Eccleſiis Tom. 7. Jenenſi pag. 257. Es iſt wahr/ man ſol auſſer der Schrifft nichts lehren in Göttlichen Sachen, wie S. Hylarius ſchreibet 1. *de Trin.* Das meynet ſich nit anders/ denn man ſol nichts anders lehren. Aber das man nicht ſolte brauchen mehr oder andere Wort/ denn in der Schrifft ſtehen/ das kan man nit halten. Sonderlich im Zanck/ vnnd wann die Ketzer die Sachen mit blinden Griffen wollen falſch machen/ vnd der Schrifft Wort verkehren. Vnd bald hernach. Gleich als wenn vns die Pelagianer wolten gefahren mit dieſem wort Erbſünde/ oder Adams Seuche/ weil ſolche wort in der ſchrifft nit ſtehen/ So doch die Schrifft derſelben wort Meynung gewaltiglich lehret. Als wir ſind in

Sünden

Digitized by Google

Sünden entpfangen. Pſ. 50. Alle von Natur deß Zorns Kinder Eph. 2. Vnd alle vmb eines Sünde willen Sünder ſeyn müſſen / Rom. 5. *Quæ de Illyrico ſcribis non ſunt prorſus vana. Urgent ejus Adverſarij per magnos Principes apud Senatum ut expellatur: & fortè etiam deliberationes inciderunt, quomodo commodè poßit ablegari. Sed ſperamus propter interceßiones meliorum meliora. Verè poteſt bonus ille Illyricus vocari Chriſti Martyr. Malè me habet veſtros illum ne quidem ad Colloquium fraternum admittere voluiſſe.*

Witebergenſium calumniis omninò reſpondebo poſt feſtum DEO volente Pentecoſtes: Quod ſi Weſenbecij Propoſitiones interea mihi mitteres non malè faceres. Fortè aliquid habebunt, quod me juvare poſſit. Vale & ex me D. Mellingerum Scholæ Rectorem ſaluta: & nactus aliquando tabellarios ad nos, ſemper illum, an quid ad me ſcribere velit, mone. Data 9. Maij.

M. Cyriacus Spangenberg.

Epiſt.

EPISTOLA XXIII.

Alia ejuſdem ad M. Conradum Schlüſſelburgium, Jenæ Muſas colentem.

Salutem per Chriſtum Jeſum.

VEſenbecij argumenta de Prædeſtinatione accepi: eaq́ per omnia probo: non enim quidquam eum contra ſcripturam pronunciaſſe video. His ſi contradicit Selneccerus, toto cœlo errat.

Themata quoq́ Doctoris Morlini & Tractatum Kemnitij legi. Vterq́ impugnat in Illyrico, quæ ego improbare nondum poſſum. Itaq́ juſto fit Dei judicio, ut ſatis incommoda & Lutheri ſententiæ prorſus contraria in medium de Imagine Dei & naturalib. hominis adducat Morlinus. Ego in præfatione Appendicis Cytharæ Lutheri totum hoc negotium brevibus ſimplicioribus propoſui: & quæ ſit mea ſententia oſtendi, à qua D. Illyricum non diſſentire ſat ſcio. Hanc ſi quis impugnare

gnare voluerit faciat id ſanè: ſed non rationis humanæ Dialecticis argumentis, ſed ſolidis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs. Utrumq́ʒ ſcriptum mihi à te commodatum per Hildeſij tabellarium, quem brevi tranſiturum audio, tibi remittam, Intereà moram æquo quæſo feras animo.

T. Cyriacus Spangenberg.

EPISTOLA XXV.

D. Conrado Schlüſſelburgio amico ſuo propter veritatis divinæ confeſsionem nunc exulanti.

S.

A*Gitatur quæſtio: An in Eccleſia ſit ferenda illa ſaltem propoſitio: Præſentia bonorum operum eſt neceſſaria ad ſalutem. Quotus quæſo Theologus ſimpliciter hanc propoſitionẽ damnabit? Erunt qui illam omninò probabunt, præſertim cum ſciant & nos docere, Fidem nunquam eſſe ſine bonis operibus,*

ribus. Cur igitur, (inquient) quod naturaliter adeſt, non etiam neceſſariò adeſſe dicetur? Cùm autem ad ſalutem Fides ſit neceſſaria & Fides non ſit ſine bonis operibus, quis negabit vel ſaltem præſentiam etiam illorum bonorum operum, quæ immediatè conjuncta ſunt Fidei, neceſſariam eſſe ad ſalutem? Ecce his & ſimilibus prudentiæ carnalis argumentis, quibus major pars Theologorum adplaudit, faſcinati multi ex reliquis minimè hanc locutionem ex Eccleſia rejiciendam putabũt. Quidam objicient diſputari hoc adhuc poſſe, an ſervanda vel abjicienda illa ſit. Conſiderandum enim, ne abjectâ illâ ſtatuatur Fides mortua. Quid ſi aliquis ſingulariter prudens laboranti inter Diſputatores huic miſeræ propoſitioni ita mederetur: eam ſic eſſe proferendã, Præſentia bonorum operum ſuo quodam modo neceſſaria eſt ad ſalutem. Sed valeant hi Medici intempeſtivi, quod opus eſt ludere in re manifeſta. Ego hanc propoſitionem non minus impiam eſſe pronuncio quàm illas

illas tres à Majore introductas in Eccleſiā. Quid neſt ſtatuere in juſtificationis articulo; Bona opera cauſam ſine qua non; ſi id hac in phraſi non ſit? Annon fides formata manifeſtè ponitur? Non eſt diſputatio de præſentia bonorum operum: Sed quid juſtificando ſit neceſſarium, & quid ad ſalutem ſit neceſſarium. In hac poſteriori propoſitionis parte latet anguis ſub herba. Sed quid opus eſt prolixitate? Mortuus eſt Lutherus in labijs & corde multorum Theologorum, qui tamen ſe Luthero vicin ſſimos jactitant, quod tamen imitatione Confeſſionis non oſtendunt.

De Colloquio nihil certi habemus, niſi quòd moram trahant Adverſarij. Præſentia bonorum operum remoras etiam injecit, quò minus in primò diſputationis articulo in quo adhuc hærent, procedatur. His nunc vale. Tantùm enim nunc propter occupationes vix reſpondere potui.

Noſti quæ Feſtivitas immineat. Saluta Franciſcum, cui gratias habeo pro indicatione illorum quæ in ſuo ſurio abundant. Datæ 22. Decemb. anno 1568.

M. Cyriacus Spangenberg.

EPISTOLA XXXV.

M. Conrado Schlüſſelburgio Domino & amico ſuo colendo.

Salutem per Chriſtum.

Quod ad prolixas tuas, mi Conrade, literas reſpondeam, vix habeo, dum cujus nunc ſis ſententiæ facilè divinare non poſſum. Rectè te anteà ſenſiſſe, plurimæ tuæ teſtantur Epiſtolæ. Sed dum quæris meliorem ſententiam, Rationi quoq; aliquo modo congruentem, eam non invenis: & intereà veram quoq; amittis: & adeò prorſus in Academicum nobis mutaris, totus de ſtatu controverſiæ redditus incertus.

Quid enim opus eſt de vocabulo Subſtantiæ tantas movere quæſtiones, & in Ariſto-

Ariſtotelem propterea invehi? Cùm tamen nec ipſe Illyricus adeò pertinaciter de illa vocula pugnet. Maneat nobis ſententia noſtra, (quæ & Lutheri eſt) ſalva: nempe illud ipſum eſſe Originale peccatum, quod ex patre & matre natum eſt. Quod profectò ſubſtantiale eſſe nemo ſanus negabit. De re ſi inter nos conveniret: vocabulum tum profectò facilè impugnantes nos non offenderet. Quid n. obſtat, cur non, quod res eſt, vocetur. Nihil igitur opus fuiſſet, te ita maceraſſe ſuper illa Regula: In duo diviſit &c. Ad quam licet Theologiam alligatam nolo: tamen eam Theologiæ in hac controverſia & alias quoq; non contrariam eſſe intelligo. Fateris Illyrici propoſitionem κατὰ τὴν διάνοιαν veram eſſe, non autem κατὰ τὸ ῥητόν. Si vera eſt ſententia, cur non candidè agimus cum pio viro, verba in meliorem partem interpretantes? Notum enim tibi eſſe credo, quid divus Lutherus in medium conſulat, in propoſitionibus de Communicatione Idiomatum, ſub fine

primi tomi Latini Jhenenſis, ubi Sedulij adducit exemplum, dicentis: Beatus autor ſeculi ſervile corpus induit, propter quod incommodum dictum, vide multa profectò abſurda Theologica colligi poſſent, non cenſet ut Hæreticum damnandum Sedulium, quem alioqui cōſtet rectè de Incarnatione Filij Dei & ſenſiſſe & locutum eſſe. Si igitur ibi locum habet Lutheri regula in Sedulio, propter metri tantùm rationem minimè commoda phraſi utente: Cur non eandem ſequimur, candidè Illyrici verba interpretando: quibus non adeò incommodis, ſed inuſitatis fortaſsis uſus eſt, neceſsitate refutandi craſsiſsimum illorum errorem: qui ex diametro Luthero reclamantes, Peccatum Originale Accidens eſſe ſtatuunt. Aut horum igitur ſententia approbetur, ac Lutheri atq; Illyrici ſimpliciter rejiciatur. Aut Lutheri ab Illyrico hactenus defenſa retineatur; & contrarium aſſerentium repudietur. Stat firma Lutheri ſententia, claris, perſpicuis & ſimpliciſsimis

verbis

verbis in Poſtilla majore, locis ſæpè indicatis. In præfatione epiſt. ad Rom: In explicatione Pſal. 51. In commentario ſuper Geneſin, & alibi. Huic ego firmiter Deo volente aſtipulabor, nihil motus aliorum inde collectis abſurdis, & oppoſitis merè contortis argumentis. Nec me adeò offendet Subſtantiæ vocabulum, ut propterea diverſam ſim amplexurus ſententiam, aut approbaturus eorum temeritatẽ, qui non tantùm ob unicam non adeò impropriè uſurpatam voculam rectè ſentientẽ damnant; ſed eidem etiam, quæ ipſe ne cogitavit quidem, adfingũt. Quibus meritò illud Auguſtini objici poſſet. Certè nõ ſenſit quod ſenſiſſe eum ſcribitis. Imò ne ſcripſit quidem, quæ illum ſcripſiſſe dicitis. Sed opto ego Illyrici Antagoniſtis mentem meliorem. Non faciunt hæ contradictiones ad ædificationem Eccleſiæ.

Rectè ſed nimis tardè optas, nunquam fuiſſe motas has tam ſpinoſas & argutas diſputationes. Optarim & ego idem.

Sed quæritur, an ille ſit autor harum diſputationum, qui veritatem ſimpliciter, contra corrumpentes eam ſtrenuè defendit, Lutheri in hoc ſtylum & ſententiam ſecutus? an illi, qui propter unicam voculam negocio non malè congruentem, tantas lites, adeoq; ſine omni utilitate eccleſiæ, ſine neceſſitate præterea, ultrò Athletæ Chriſti movent? Quid enim abſurdi habet dicere: Noſtram ipſam Naturam & ſubſtantiam corruptã eſſe ipſum Peccatum Originale, id eſt, peccatorum omnium fontem, originem, ſcaturiginem & cauſam efficientem? *An hoc quiſquam ſanus negabit verum eſſe? Annon idem fateri Accidentarij, nolint velint, cogentur? Non video quid abſurdi in Theologia, Illyrici ſententia pariat.*

Hoc autem ſcio, eos qui peccatum Originis Accidens eſſe contendunt, Manichæiſmum non facilè effugituros. Quemadmodum & ex Sarcerij Methodo planè conſtat. Neutrum autem ſtatuentes cogentur

gentur dicere, quid tandem ſit illud horrendum malum, mala omnia alia perpetrans. Si enim peccatum Originis neque ſubſtantia eſt neq; Accidens, ſequetur quòd ſit quiddam extra nos, (quia quicquid in nobis eſt, vel ſubſtantia eſt vel accidens) Et ſic nullo indigebimus Mediatore. Quia peccatum non habemus. Si autem peccatum non habemus, Chriſtus fruſtrà mortuus eſt. Quod & divus Lutherus graviter admonet inde ſecuturū, ſi ſtatueris Injuſtitiam Originalem non eſſe de ſubſtantia hominis. Lege locum in Commentario ſuper tertium caput Geneſios. Et noli de re manifeſta dubitare, aut pro & contra diſputare. Nec ſinas te moveri ab omni vento. Retine fundamentum & Definitionem peccati Originalis à Luthero poſitam in præfatione Explicationis 51, Pſalmi: & quæ huic opponuntur ſimpliciter pro erroribus habeto, licet omnia objecta ſophismata rationis ſolvere non queas. Hæc hac vice reſpondere volui. Tu candidè, ſicut à me profecta

ſunt, ea quoq; accipe. Literas ſuperioribus diebus à te mihi tranſmiſſas credo me omnes accepiſſe. Henrico Petreo tuas communicabo. Tu cave ne ſimilibus D. Meiendorffium à vera ſententia dimoveas; aut tibi ſimilem Academicum reddas. Diſputationem de Prædeſtinatione mihi communicatam remitto. Brentij, Herbrandi & Argentinenſium ſententias ſimul imprimi jam Argentinæ curo. Nolui Weſenbecij addere: quòd deprehendi Exemplaria aut eſſe falsò deſcripta alicubi: aut certè in quodam argumento dici quæ ego nolim à me pro ratis haberi. Sed ſcripſi ad ipſum Weſenbecium & oravi: ut aut ipſe hæc ſua argumenta edat, aut mihi exemplar rectè deſcriptũ mittat, & ut ego in publicum dem cõcedat. An mihi ſit reſponſurus, dubito. Vale & quamprimùm reſcribe, & diligenter attende, ne mediũ iter ingreſſurus, nimium ad ſiniſtram deflectas: quod aliquibus accidiſſe memini. Datæ Mansf: an: 1571. 20. Jan.

T. Cyriacus Spangenberg.

Ad

EPISTOLA LXXIII.

Ad Dn. Conrad: Schlüſſelburgium Dominum, amicum & fratrem ſuum colendum.

S.

R*Everende & Clariſſ. V. Domine & frater in Chriſto colende, Literæ tuæ ſemper mihi gratæ ſunt; gratior autem labor tuus pro Chriſto. Utinam inſervire petitioni tuæ poſſim. De caſſanda iſta iniqua excluſione memini me tibi ſcripſiſſe. Laboravimus in ſynodo ante aliquot annos: ſed reſponſum fuit, non opus eſſe Caſſatione iniquitatis, ſed opus eſſe tua aliquando profectione Witebergam verſus, ubi præſentia tua caſſatura ſit actionem iſtam Sacramentario ſpiritu adverſus te ſuſceptam. Hoc reſponſum memini à Doctore Jacobo dari & à cæteris probari. Dabis jam veniam feſtinationi meæ, vix hæc modò licuit, Emanuel ſervet te.*

Optimè

Digitized by Google

Optime vale & vive in Chriſto. Lipſiæ 3. Maij anno 1585.

T. T. T.
Selneccerus.

EPIST: L.

Johannes Wigandus Epiſcopus: M. Andreæ Corvino Superintendenti Wiſmariano.

Salutem in Chriſto Jeſu.

N*On tam rarò ſcribo affinis chariſſimè, quàm tu à nobis literas accipis, id verò efficit hominum malevolentia & infidelitas in curandis & tradendis literis. Nunc per noſtrum affinem, certiorem quidem ſed triſtiorem nuncium, certius perferuntur. Migrat is in exilium non ſpontaneum, nec aliquo malo facinore accerſitum, ſed quod munere ſuo fideliter fungens, quædam dogmata, ſimul à reliquis impugnata, approbare non potuit. Toti autem Eccleſiæ ipſius iſta migratio magno dolori fuit. Non enim Eccleſia ipſum dimiſit, ſed*

bono-

bono eum teſtimonio proſecuta eſt. Jeſus Chriſtus Rector & cuſtos Eccleſiæ in his terris militantis ſuam naviculam tot ingruentibus tempeſtatibus clementer conſervet. Accipies igitur ſine omni dubitatione affinem & fratrem in Chriſto humaniter.

Etſi autem iſta migratio vobis erit triſtis, tamen conſpectus mutuus ſororum erit lætus; & pius ac doctus affinis erit tibi jucundus, quem conſilio & alijs officijs poſsibilibus juvabis, nec erit tibi valdè oneroſus aut moleſtus, quia nullam habent familiam. Dominus Deus iterum docto & pio viro de commoda functione proſpiciat. Orabis etiam pro nobis Deum, ut Eccleſiam ſuam in hiſce quoq; regionibus clementer conſervet, & Moſchum, contra quem nunc Rex Poloniæ exercitū eduxit, reprimat, ne vaſtitatem in his terris efficiat. Quis ſit ſtatus veſtrarum & reliquarum in Germania Eccleſiarum ſcire cupio. Nunc rarò accipio literas propter longinquitatem loci, & ſi qui ſcribunt,

bunt, ac hominibus parum fidelibus tradunt, nihil accipio. Non enim ignoro, aliquot amicorum ſcripta mihi intercepta eſſe. Tale n. nunc eſt ſeculum. Mei labores qui ſint per Dei gratiam (non enim ſum planè ocioſus) tu ex libris citiùs cognoſcis quam ego. Nam libri ex Germania tarde huc perferuntur; imò interdum prorſus ijs caremus. Pleriq; enim alia magis curant, quam libros. Tuis laboribus ut Deus adſit, & omnia ex miſericordia moderetur, ex animo precor. Nihil ut abſq; conſilio agas, diligenter hortor. Habes vicinos Academicos, quos ſæpè conſules, & omninò operam da, ut inter collegas amicitiam & ſocietatem colas, & mores ipſorum etiam feras. Stude etiam quãtum præ negotijs potes, & vitæ gravitate ipſis praeeas. Si qua adverſa accidunt, non frangaris mœrorib ſed ſcias functiones tales humanis conſilijs regi non poſſe. Bene in Chriſto vale, & ſæpiùs mitte literas Dantiſcũ ad D. Gobelium; inde mihi rectiſſimè perferuntur. Salutẽ tibi tuiſq; & reliquis amicis

cis precatur uxor mea, & meus Joannulus, & Eliſabeta, quæ uti ſpero Paſtorem hujus oppidi accipiet conjugem, ſed nondum res certa eſt. Vos a. Tutores oro, ut cogitetis de ipſius patrimonio tranſmittendo. Nam hactenus nihil accepit. 11. Auguſti, 1579.

EPISTOLA LVII.

Johannes Wigandus Epiſcop. P. D. Cunrado Beckero S.Theol.Doct.S. Salutem in Chriſto Jeſu.

CLariſsime vir amice chariſsime. Quia meus affinis M. Conr: Schlüſſelb: vocatus eſt, ut vos in urbe Antuerpianæ plantantes vineam Domini, adjuvaret, de meliori nota eum tibi commendo, ac peto, ut eum non tantũ propter me cõplectaris, ſed ẽt propter egregiã eruditionem, & dona, quib. eum Deus exornavit. Non dubito quin tibi charus & Eccleſiæ utilis ſit futurus. Controverſias bene cognitas habet, ac Deo gubernante in hac quoq; parte deliberationes & actiones neceſſarias juvare poterit. Do-

Dominus Deus veſtris ſanctis laboribus clementer benedicat, ad nominis ſui gloriam, & plurimorum hominum ſalutem. Benè in Chriſto vale. Feſtinanter in viſitatione Raſtenburgenſi Lambgarti 7. Aprilis Anno 1581.

EPISTOLA LXVI.

Johannes Wigandus D. M. Andreæ Corvino Superintendenti Wiſmarienſi ſuo affini dilecto.

Salutem in Chriſto.

REverende vir, affinis cariſſimè, quas die Palmarum dediſti, 8. Maji accepi, tibiq; pro ſcriptione gratias ago. Vicem veſtræ Reip. doleo, & oro Deum, ut omnia mala avertat. Te v. hortor, ne te iſti cauſæ politicæ immiſceas, quia ejus dijudicatio ad te non pertinet. De debito illo, expectabo tuam annotationem. Apologiam pro formula Concordiæ nos non vidimus, fama tamen ejus aliqua ad nos dimanavit. Noſtrum affinem

affinem cuperem ſanè circa vos functionem habere poſſe. Sed quid interim habebit Eccleſia afflicta Antuerpiæ. DEUS ipſius miſereatur. Valde mihi grata fuit communicatio mei ſcripti de fraudibus Sacramentariorum.

Nullum enim hactenus exemplar videre licuit. Schirmerum viciſſim ex me reverenter ſalutabis. Eſt ſanè vir opt. pijß. & doctiß. Cuperem eum aliquando ad me literas dare. De inſcriptione alicujus libelli videbo, ſi quid Dominus Deus largitus fuerit. Ego mi affinis paulatim ad labores fio debilior, neq; ignoras me non omninò fuiſſe ignavum. Sed parum eſt, quod factum eſt. Dominus Deus mei miſereatur, & placidum ſuo tempore atq; fidelem ex hac ærumnoſa vita diſceſſum clementer concedat. In mundo ſpes nulla bonis, &c. Conſilium tuum de majori tuo filio non improbo. Quid ſi autem fieret Scriba, eâq; ratione ſibi DEO benedicente victum pararet? Affinis Joannes adhuc Regiomonte moram facit; neſcio

eum ibi ducturum uxorem. Fuit quidem apud nos (Abſumus Regiomonte 20. milaribus) in præterita Quadrageſima, verum de ſuis rebus nihil ſignificavit. Propoſ. de cœna, & Orat. de Arca mitto. Hæc ſollicitè ad tuas literas reſpondeo, ut tuæ expectationi ſatisfaciam. Quod ad nos, idem prorſus in Eccleſia ſtatus eſt, qui ſuit antea.

Conventus Provincialis nunc celebratur, ſed de rebus quæ agitantur, deq; Eventu nihil ſcimus. Oramus itaq; Deum, ut clementer moderetur omnia. Rex Poloniæ Rigæ eſt, & dicitur Pruſsiam tranſiturus. Gedani fortè, plura habebit negotia, quæ ut ad publ. pacem vergant Deus ſedulò orandus eſt. D. Petrus Prætorius, homo arrogans & ferus, errorem Sacramentariorum ibi tuetur, licet nõ nihil reprimatur. Jam ſpero in Germania prodituram Conf: Germ: & de Anabaptismo, in quo pleraq; iſtorum fanaticorum argumenta evolvuntur. Vos proculdubio ea citius videbitis, quam nos. Baſilienſes vehementer

hementer flagitant Centurias reliquas. Utinam fidelem haberem ſynergum. Ego tamen rebus non parvis occupor, & quoties poſſum eis incumbo. Sed me Martius & quædam et Aprilis pars, valde afflixerũt, ut aliquoties decumbendũ fuerit. Verum vita mea eſt in manu DEI, nec deſinam laborare, donec Deus meus vires mihi ſuggeſſerit. Quæ Dominus dederit, videbis ſuo tempore, ſi illi ipſi placuerit. Non ponemus enim rumores ante ſalutem. Tu pro me peccatore, quæſo Deum ores ſedulo.

EPISTOLA LXVII.

Johannes Wigandus Epiſcop. P. M. Andreæ Corvino, &c.

Salutem in Chriſto Jeſu.

SI noſter Dromo ipſemet ad nos excurriſſet, potuiſſemus & de negotijs conferre, quæ apud nos ſunt, & fortè majori otio ſcribere, ſed is Mansfeldia huc ablegavit proprium tabellarium, ut ita me nebulo ſumptibus emungeret.

His diebus illi, qui omninò manere noluerunt inter Profeſſores toties efflagitata & poſtulata dimiſſione potiti ſunt, ac ſunt ij D. Köler. D. Scheller. D. Sturm Medicus. M. Salius. M. Widebrand. M. Peuſold. M. Biſſander. Remanſimus Wigandus D. Cœleſtinus. D. Petrus Petretus qui adeſt. D. Laurentius. D. Neander. M. Roſa, M. Cruſius. M. Fulda. M. Oſius. M. Mylius. Et bis diebus mox pro ijs qui diſceſſerunt alij ſuccedent, quia DEUS nos clementer juvat. His diebus aderit D. Ellinger quoq; & adhuc duo Doct. juris. D. Hesbuſius quoque condixit & veniet. Hoc urit & propemodum necat adverſarios. Sæviant nonnulli mendacijs, ſed ij ſemetipſos deformant & Dei maledictionem ſibi accerſunt. Vicini nos oppugnãt diris calumnijs, & dentibus ſuis atq; calamis acuunt gladios, ſed qui in cœlis habitat ipſos ridet, & metas conſtituit QUOUSq;. Confeſſionem ſequitur & humiliatio, id nos ipſo uſu quoq; experiri decet. Principes Megapolenſes ſcripſerunt

pſerunt ad noſtrum de mea dimiſſione. Verùm is obnixè petit, ne jam rebus nondum conſtitutis abſtrahar. Ego quidem ſi citra jacturam gloriæ Dei fieri poſſet, ſingulis horis ad reditum eſſem promptus. Nam hic caneſco & conſeneſco. Cuperem tamen Deo meo, per ipſius gratiam paululum ſervire. Video enim Academias alias paſſim nutare, & miraculi loco eſt, quod hic aliqua ſpes limpidæ ſcholæ affulget. Quale judiciolum, in multis occupationibus ſcriptum noſtris Principibus miſerim, ſecretè & quidem ſecretiſſime communico, ut tu & M. Tho: ſoli habeatis, donec ipſi Principes publicaverint. Cavete igitur ne quâ emanet, vos à me accepiſſe. Spero autem nos ſententiis congruere. Johan. Alb. etiam ſeorſim de quibusdam commonefeci. Librum tuum reſtituo. Valde tamen cupio habere confeſſiones illas 2. Joh. Beati, quas peto ut mihi cures deſcribi. In enarrationem Prophetæ Oſeæ juvet te Deus. Videas an aliquid enarrationis ſit in mea Bibliotheca. Hiſtoriæ

 ſcriptio-

ſcriptionem quæſo curate diligenter, & mihi indicate quousq; rem deduxeritis. Faſcem quendam librorum accipias cum primum mittere potero, ſed non omnes quos vales habebis. Nam Cunrad. malè collegit in quibusdam nundinis. Nos hic jam quaſi obmutuimus, ſed eſt tempus tacendi, eſt & loquẽdi, benè in Chriſto vale.

EPISTOLA LXIX.

Joannes Wigandus D. Thomæ Holthutero, Hinrico Mittendorpio, Joanni Iſenſee, Hinrico Ruge, Andreæ Corvino Magiſtris & Synergis in Eccleſia Wiſmariana.

Salutem in Jeſu Chriſto.

REverendi viri, fratres in Domino mihi dilectiſſimi omnes, non dubito vos jamdudum cupiditate cognoſcendi res eas quæ in his regionibus geruntur accenſos. Auguror inſuper cõjecturâ, varios ad vos ſermones, uti fieri ſolet perferri, qui vos variè afficiant. Tempeſtivius a. ad vos perſcripſiſſem

ſem omnia ſi vel Jenæ fuiſſem, vel certi homines oblati fuiſſent, qui meas ad vos detuliſſent. Hanc igitur meæ dilationis moram, æquo ut feratis animo, amanter peto, jamq́ de rebus ipſis ſic habete. Nono Martij quod felix fauſtumq́ ſit Eccleſiæ DEI, collocutores noſtri præter opinionem omnium noſtrum, non conſentiente noſtro Illuſtriſſimo Principe, qui præſens erat, imo ne quidem ſuorum politicorum aut Electoris cũ voluntate uti Politici ipſorum ſponte faſsi ſunt, Altenburgo diſceſſerunt, colloquiũq́ abruperunt, cum quidem die 5. Martij ſuam poſtremam ad articulũ Juſtificationis reſponſionem horas penè novẽ prælegiſſent, & nobis omni jure adhuc una reſponſio, ad ipſorum notationes contra nos, competeret, quam triduo poſt, id eſt 9. lecturi eſſemus, id quod eis per principis legatos pridie ante ſignificaretur.

Scripſerant a. 8. Mart: collocutores ad ſuos politicos ſibi adjunctos epiſtolã, ſeſe cogitare, omnes ad Elect: proficiſci, apud

quem negocia quædam expedituri eſſent. Eam epiſtolam Principi etiam noſtro politici Electorales exhibuerunt. Is verò die poſtero iterum denunciari jubet hora 2 pomeridiana ſuos Theologos & Politicos in curiam venturos, ubi ſuam ultimã de hoc loco allaturi eſſent reſponſionem, quo facto, deliberaturos ſeſe, de progreſſu in reliquis duobus articulis faciendo: Sed cum Princeps ac nos omnes ad 2. illam horam nos pararemus, ecce poſt prandium reciſcimus, Theologos hora 12. porta curru egreſſos eſſe. Eam igitur tam ſubitam abitionem non potuimus non vehementer mirari, ac nonnihil etiam indignè ferre, tum quod contra conventionem ſe ante collocutionem de duobus reliquis articulis nempe de libero Arbitrio & de Adiaphoris ſubtraxiſſent, tum quod jure noſtro, quod ad reſponſionem ad ſuas Notationes attinet, nos defraudaſſent. Nos enim Deo nos ſuſtentante omnino decreveramus, usq; ad finem perſeverare, quemadmodum & noſter Princeps cum

aula

aula in eo loco tam diu ſubſiſtere in animum ſuum induxerat. Iſte eſt finis Altenburgici colloquij. Speraſſemus autem Deo benedicente, de ſequentibus articulis & breviorem & expeditiorem collationem futuram fuiſſe. Gratias autem Domino DEO noſtro agimus, qui hactenus benignè nobis adfuit. Simplicem veritatem ſimplici corde profeſſi ſumus, & corruptelas annotatis certis fundamentis ex verbo Dei, Confeſſione & Apologia Auguſtana, & ſcriptis Lutheri, redarguimus. Novum etiam dogma de neceſſitate præſentiæ bonorum noſtrorum operum in articulo juſtificationis, oſtenſis 21. fundamentis, Deo dante improbavimus, & Sophiſmata contraria, quantum Dominus largitus eſt, diluere conati ſumus. Ipſi verò corruptelas illas, quas aſſignaveramus partim excuſaverunt, partim defenderunt, ac palam ita ſe geſſerunt, ut qui veritati, quam nos proponeremus, nulla parte cedere vellent, indignum ſua exiſtimatione rati, ſi tanti Theologi tam

bunt, ac hominibus parum fidelibus tradunt, nihil accipio. Non enim ignoro, aliquot amicorum ſcripta mihi intercepta eſſe. Tale n. nunc eſt ſeculum. Mei labores qui ſint per Dei gratiam (non enim ſum planè ocioſus) tu ex libris citiùs cognoſcis quam ego. Nam libri ex Germania tarde huc perferuntur; imò interdum prorſus ijs caremus. Plerique enim alia magis curant, quam libros. Tuis laboribus ut Deus adſit, & omnia ex miſericordia moderetur, ex animo precor. Nihil ut abſque conſilio agas, diligenter hortor. Habes vicinos Academicos, quos ſæpè conſules, & omninò operam da, ut inter collegas amicitiam & ſocietatem colas, & mores ipſorum etiam feras. Stude etiam quãtum præ negotijs potes, & vitæ gravitate ipſis præeas. Si qua adverſa accidunt, non frangaris mœrorib ſed ſcias functiones tales humanis conſilijs regi non poſſe. Bene in Chriſto vale, & ſæpius mitte literas Dantiſcũ ad D. Gobelium; inde mihi rectiſſimè perferuntur. Salutẽ tibi tuisque & reliquis amicis

cis precatur uxor mea, & meus Joannulus, & Eliſabeta, quæ uti ſpero Paſtorem hujus oppidi accipiet conjugem, ſed nondum res certa eſt. Vos a. Tutores oro, ut cogitetis de ipſius patrimonio tranſmittendo. Nam hactenus nihil accepit. 11. Auguſti, 1579.

EPISTOLA LVII.

Johannes Wigandus Epiſcop. P.

D. Cunrado Beckero S. Theol. Doct. S.

Salutem in Chriſto Jeſu.

Clariſſime vir amice chariſſime. Quia meus affinis M. Conr: Schlüſſelb: vocatus eſt, ut vos in urbe Antuerpiana plantantes vineam Domini, adjuvaret, de meliori nota eum tibi commendo, ac peto, ut eum non tantū propter me cōplectaris, ſed ēt propter egregiā eruditionem, & dona, quib. eum Deus exornavit. Non dubito quin tibi charus & Eccleſiæ utilis ſit futurus. Controverſias bene cognitas habet, ac Deo gubernante in hac quoq; parte deliberationes & actiones neceſſarias juvare poterit. Do-

Dominus Deus veſtris ſanctis laboribus clementer benedicat, ad nominis ſui gloriam, & plurimorum hominum ſalutem. Benè in Chriſto vale. Feſtinanter in viſitatione Raſtenburgenſi Lambgarti 7. Aprilis Anno 1581.

EPISTOLA LXVI.

Johannes Wigandus D. M. Andreæ Corvino Superintendenti Wiſmarienſi ſuo affini dilecto.

Salutem in Chriſto.

REverende vir, affinis cariſſimè, quas die Palmarum dediſti, 8. Maji accepi, tibiq́ pro ſcriptione gratias ago. Vicem veſtræ Reip. doleo, & oro Deum, ut omnia mala avertat. Te v. hortor, ne te iſti cauſæ politicæ immiſceas, quia ejus dijudicatio ad te non pertinet. De debito illo, expectabo tuam annotationem. Apologiam pro formulæ Concordiæ nos non vidimus, fama tamen ejus aliqua ad nos dimanavit. Noſtrum

affinem

Digitized by Google

affinem cuperem ſanè circa vos functionem habere poſſe. Sed quid interim habebit Eccleſia afflicta Antuerpiæ. DEUS ipſius miſereatur. Valde mihi grata fuit communicatio mei ſcripti de fraudibus Sacramentariorum.

Nullum enim hactenus exemplar videre licuit. Schirmerum vi iſſ.m ex me reverenter ſalutabis. Eſt ſanè vir opt. piiſſ. & doctiſſ. Cuperem eum aliquando ad me literas dare. De inſcriptione alicujus libelli videbo, ſi quid Dominus Deus largitus fuerit. Ego mi affinis paulatim ad labores fio debilior, neq; ignoras me non omninò fuiſſe ignavum. Sed parum eſt, quod factum eſt. Dominus Deus mei miſereatur, & placidum ſuo tempore atq; fidelem ex hac ærumnoſa vita diſceſſum clementer concedat. In mundo ſpes nulla bonis, &c. Conſilium tuum de majori tuo filio non improbo. Quid ſi autem fieret Scriba, eâq; ratione ſibi DEO benedicente victum pararet? Affinis Joannes adhuc Regiomonte moram facit; neſcio

eum ibi ducturum uxorem. Fuit quidem apud nos (Abſumus Regiomonte 20. milaribus) in præterita Quadrageſima, verum de ſuis rebus nihil ſignificavit. Propoſ. de cœna, & Orat. de Arca mitto. Hæc ſollicitè ad tuas literas reſpondeo, ut tuæ expectationi ſatisfaciam. Quod ad nos, idem prorſus in Eccleſia ſtatus eſt, qui facit antea.

Conventus Provincialis nunc celebratur, ſed de rebus quæ agitantur, deq́ Eventu nihil ſcimus. Oramus itaq́ Deum, ut clementer moderetur omnia. Rex Poloniæ Rigæ eſt, & dicitur Pruſſiam tranſiturus. Gedani fortè, plura habebit negotia, quæ ut ad publ. pacem vergant Deus ſedulò orandus eſt. D. Petrus Prætorius, homo arrogans & ferus, errorem Sacramentariorum ibi tuetur, licet nõnihil reprimatur. Jam ſpero in Germania prodituram Conf: Germ: & de Anabaptiſmo, in quo pleraq́ iſtorum fanaticorum argumenta evolvuntur. Vos proculdubio ea citius videbitis, quam nos. Baſilienſes vehementer

hementer flagitant Centurias reliquas. Utinam fidelem haberem ſynergum. Ego tamen rebus non parvis occupor, & quoties poſſum eis incumbo. Sed me Martius & quædam ẽt Aprilis pars, valde afflixerũt, ut aliquoties decumbendũ fuerit. Verum vita mea eſt in manu DEI, *nec deſinam laborare, donec Deus meus vires mihi ſuggeſſerit. Quæ Dominus dederit, videbis ſuo tempore, ſi illi ipſi placuerit. Non ponemus enim rumores ante ſalutem. Tu pro me peccatore, quæſo Deum ores ſedulo.*

Epistola LXVII.

Johannes Wigandus Epiſcop. P. M. Andreæ Corvino, &c.

Salutem in Chriſto Jeſu.

SI noſter Dromo ipſemet ad nos excurriſſet, potuiſſemus & de negotijs conferre, quæ apud nos ſunt, & fortè majori otio ſcribere, ſed is Mansfeldia huc ablegavit proprium tabellarium, ut ita me nebulo ſumptibus emungeret.

His diebus illi, qui omninò manere noluerunt inter Profeſſores toties efflagitata & poſtulata dimiſſione potiti ſunt, ac ſunt ij D. Köler. D. Scheller. D. Sturm Medicus. M. Salius. M. Widebrand. M. Peuſold. M. Biſſander. Remanſimus Wigandus D. Cœleſtinus. D. Petrus Petretus qui adeſt. D. Laurentius D. Neander. M. Roſa. M. Cruſius. M. Fulda. M. Oſius. M. Mylius. Et his diebus mox pro ijs qui diſceſſerunt alij ſuccedent, quia DEUS nos clementer juvat. His diebus aderit D. Ellinger quoq; & adhuc duo Doct. juris. D. Hesbuſius quoque condixit & veniet. Hoc urit & propemodum necat adverſarios. Sæviant nonnulli mendacijs, ſed ij ſemetipſos deformant & Dei maledictionem ſibi accerſunt. Vicini nos oppugnāt diris calumnijs, & dentibus ſuis atq; calamis acuunt gladios, ſed qui in cœlis habitat ipſos ridet, & metas conſtituit QUOUSQ. Confeſſionem ſequitur & humiliatio, id nos ipſo uſu quoq; experiri decet. Principes Megapolenſes ſcri-

pſerunt

pſerunt ad noſtrum de mea dimiſsione. Verùm is obnixè petit, ne jam rebus nondum conſtitutis abſtrahar. Ego quidem ſi citra jacturam gloriæ Dei fieri poſſet, ſingulis horis ad reditum eſſem promptus. Nam hic caneſco & conſeneſco. Cuperem tamen Deo meo, per ipſius gratiam paululum ſervire. Video enim Academias alias paſsim nutare, & miraculi loco eſt, quod hic aliqua ſpes limpidæ ſcholæ affulget. Quale judiciolum, in multis occupationibus ſcriptum noſtris Principibus miſerim, ſecretè & quidem ſecretiſsimè communico, ut tu & M. Tho: ſoli habeatis, donec ipſi Principes publicaverint. Cavete igitur ne quâ emanet, vos à me accepiſſe. Spero autem nos ſententiis congruere. Johan. Alb. etiam ſeorſim de quibusdam commonefeci. Librum tuum reſtituo. Valde tamen cupio habere confeſsiones illas 2. Joh. Beati, quas peto ut mihi cures deſcribi. In enarrationem Prophetæ Oſeæ juvet te Deus. Videas an aliquid enarrationis ſit in mea Bibliotheca. Hiſtoriæ

Digitized by Google

ſcriptionem quæſo curate diligenter, & mihi indicate quousq; rem deduxeritis. Faſcem quendam librorum accipias cum primum mittere potero, ſed non omnes quos vales habebis. Nam Cunrad. malè collegit in quibusdam nundinis. Nos hic jam quaſi obmutuimus, ſed eſt tempus tacendi, eſt & loquēdi, benè in Chriſto vale.

EPISTOLA LXIX.

Joannes Wigandus D. Thomæ Holthutero, Hinrico Mittendorpio, Joanni Iſenſee, Hinrico Ruge, Andreæ Corvino Magiſtris & Synergis in Eccleſia Wiſmariana.

Salutem in Jeſu Chriſto.

REverendi viri, fratres in Domino mihi dilectiſſimi omnes, non dubito vos jamdudum cupiditate cognoſcendi res eas quæ in his regionibus geruntur accenſos. Auguror inſuper cōjecturâ, varios ad vos ſermones, uti fieri ſolet perferri, qui vos variè afficiant. Tempeſtivius a. ad vos perſcripſiſ-

ſem

ſem omnia ſi vel Jenæ fuiſſem, vel certi homines oblati fuiſſent, qui meas ad vos detuliſſent. Hanc igitur meæ dilationis moram, æquo ut feratis animo, amanter peto, jamq́; de rebus ipſis ſic habete. Nono Martij quod felix fauſtumq́; ſit Eccleſiæ DEI, collocutores noſtri præter opinionem omnium noſtrum, non conſentiente noſtro Illuſtriſſimo Principe, qui præſens erat, imo ne quidem ſuorum politicorum aut Electoris cũ voluntate uti Politici ipſorum ſponte faſſi ſunt, Altenburgo diſceſſerunt, colloquiũq́; abruperunt, cum quidem die 5. Martij ſuam poſtremam ad articulũ Juſtificationis reſponſionem horas penè novẽ prælegiſſent, & nobis omni jure adhuc una reſponſio, ad ipſorum notationes contra nos, competeret, quam triduo poſt, id eſt 9. lecturi eſſemus, id quod eis per principis legatos pridie ante ſignificaretur.

Scripſerant a. 8. Mart: collocutores ad ſuos politicos ſibi adjunctos epiſtolã, ſeſe cogitare, omnes ad Elect: proficiſci, apud

 quem

aula in eo loco tam diu ſubſiſtere in animum ſuum induxerat. Iſte eſt finis Altenburgici colloquij. Speraſſemus autem Deo benedicente, de ſequentibus articulis & breviorem & expeditiorem collationem futuram fuiſſe. Gratias autem Domino DEO noſtro agimus, qui hactenus benignè nobis adfuit. Simplicem veritatem ſimplici corde profeſſi ſumus, & corruptelas annotatis certis fundamentis ex verbo Dei, Confeſſione & Apologia Auguſtana, & ſcriptis Lutheri, redarguimus. Novum etiam dogma de neceſſitate præſentiæ bonorum noſtrorum operum in articulo juſtificationis, oſtenſis 21. fundamentis, Deo dante improbavimus, & Sophiſmata contraria, quantum Dominus largitus eſt, diluere conati ſumus. Ipſi verò corruptelas illas, quas aſſignaveramus partim excuſaverunt, partim defenderunt, ac palam ita ſe geſſerunt, ut qui veritati, quam nos proponeremus, nulla parte cedere vellent, indignum ſua exiſtimatione rati, ſi tanti Theologi tam

deſpectis uti ſibi perſuadebant hominibus aliquid largiri deberent. Deinde ad fundamenta noſtra, ne reſpondere quidem dignati ſunt, ſed deſpexerunt atq; irriſerunt, quaſi nullius ponderis eſſent. Ejuſmodi halitu ſuo putarunt ſeſe qualibet quantumvis valida proſternere & diſſipare potuiſſe. Tertiò declamationib. exiſtimarunt ſeſe vel omnes obruituros quaſi verborū nymbis, & auditores in verborū turbine aut pulvere à veritatis cognitione in ſuas voragines abrepturos. Nam eam ſimplicem collocationis formam, quæ ſyllogismis & annotatis rationibus fieret, ſuperciliosè exploſerunt. Quarto in horribili horribilium. Invectivarū licētia omnem ſuam victoriam repoſuerunt. Mirabuntur aliquando lectores, in tantis viris tam effrenem licentiam. Cæterum collationis iſtius ſcripta tā ſunt prolixa, ut ſi alterutra lingua edenda eſſent, integrum cōplerent tomum. Videbitis a. acta illa aliquando, Deo volente & legetis. Nūc mitti non potuerunt ob cauſas plurimas.

Eccle-

Eccleſiis igitur gratias agetis, quæ hactenus ſuis pijs precib. nos juverunt, ac porro orabitis, ut pro veritatis cœleſtis conſervatione & pro nobis etiam preces faciant. Jenæ a. in Academia Lectiones per gratiam Dei auſpicati ſumus. D. Cœleſtinus & ego die 21. Martij. Præfationis a. recitavimus 15. Martij. Quater a. lego Hebdomodatim & diebus Solis *ſemel cōcionem ad populum habeo. Superintendentiæ quoq; vices mihi cōmendatæ ſunt, idq; ordinis gratia. M. Timotheus paſtorem agit. Cæleſtino præter lectiones quas habet 4. ſingulis ſeptimanis nihil incumbit. Profeſſorum, qui antea hic fuerunt aliqui manebūt, ac ſi qui diſcedent, Dominus Deus de alijs & providit & providebit. Studioſorum frequētia mediocris eſt, ac novi ſubinde accedunt. Orate Deum, ut huic Academiæ benignè benedicat, ut fons ſalutaris aquæ hinc ſcaturiat. Hæc de noſtris reb. ad vos optimi fratres perſcribere volui, ut veſtro deſiderio ſatisfacerē, & meam erga vos omnes benevolentiam declararem.*

Quod

Quod ſupereſt amanter vos rogo omnes, ut in miniſterio veſtro ſitis diligentes, & tanquam fideles operarij eccleſiam DEI ædificetis, fraterno vos amore mutuò complectamini, & ſitis typi gregis, ut cū aliquando DEO regente ad vos rediero, gaudium ex veſtra pietate, fide, laboribus capiam, & reliquum ætatis ſimul in Chriſto tranſigamus.

Rogo etiam, ne deſinatis pro me peccatore preces ad Deum facere, ut me imbecillem regat, ſuſtentet, illuminet, ut ſim & maneam vas ſalutare, & in his graviſſimis negotiis bona conſilia, dexteritatem in agendo, & bonos ſucceſſus largiatur. Benè valete omnes, Domini & fratres mihi longè chariſſimi. Jenæ.

EPISTOLA XLV.

D. David Chytræus M. Conrado Schlüſſelburgio, Doctori Evangelij in urbe Regiomontana Boruſsiæ.

S. P. D.

Reve-

REverende Domine Magiſter, literis tuis, ſuperiori menſe Auguſto datis, ante mẽſem, per nautam iſthuc euntem, reſpondi. Cum autem hic tabellarius, civis noſter, rectâ ad nos reverſurus, offerretur: denuò te brevi epiſtolio compellandum duxi, ut quam citiſſimè perferri ad me tuis literis Evangelion optatiſſimum de pace & concordia inter vos & Epiſcopum veſtrum reſtituta, poſſet. Οὐ τὸ χρυσὸς ἄγλαος, οὔτε ἀδάμας, οὕτως ἀστράπτει πρὸς ὄψιν, ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδμων νόκοις, præſertim in Eccleſia Dei, cujus duo præcipua & ſumma bona & ornamenta ſunt: Puritas veræ de Deo doctrinæ, & docentium concordia. Quæſo igitur ut de toto ſtatu Eccleſiæ veſtræ, & de Repub. ac regno Poloniæ, ea, quæ amico ſcire licet, mecum communices. Apud nos, DEI beneficio, Eccleſia, Schola & Reſpublica tranquilla eſt, ſperamus etiam inter pleraſq; confeſſioni Auguſtanæ adjunctas eccleſias piam confeſſionem

brevi

brevi inſtauratam iri. Quæ conſilia, ut gubernet & adjuvet, toto eum pectore precor. Benè & feliciter vale. Roſtochij, die 20. Octob. An. 1576.

EPISTOLA XLVI.

Alia ejuſdem ad eundem.

S. D.

ORnatiſſime vir, Domine colende. Quod te memoriam mei cum benevolentia conſervare, literis amiciſſimè ſcriptis teſtificaris: Magnū & ſingulare beneficium mihi à te tribui judico, & viciſſim officium in hoc genere meum, & quæcunq; proficiſci à tenuitate mea poſſunt, amanter defero. De Torgenſium deliberationum exitu quod quæris: non dubito ex ipſius Electoris literis, & exemplo ſcripti Torgæ comprobati vos jam de re tota cognoviſſe. Omnium enim Principum Confeſſ. Auguſtan. conjunctorum judicia & cenſuræ de ſcripto illo ab Electore exquiruntur. Et ex veſtratis cujuſdam literis, ſatis inclementes quo-

rundam

rundam ſententiæ iſthinc perſcribuntur. Sed tota illa deliberatio judicijs piorum ſubjecta eſt, quæ reverenter audire & ſequi τὰ μὲν πείθοντες τὰ δὲ πειθόμενοι, ut decet in collationib. donorum, decrevimus. De controverſia veſtra, multorum piorũ corda, ut ſcribis, à vobis abſtrahente, nihil adhuc, præter D. Kemnicij epiſtolam legi, quam ad te, opinor, miſit. Ea viam concordiæ planiſſimam oſtẽdere videtur. Vosq́; oro, ut pia moderatione & æquitate quadam ſanare & ſopire flammam gliſcẽtem potius quam nimium agitando exuſcitare ſtudeatis. Exemplum ſcripti ad Ducem Wirtenbergenſem ante 12. annos opinor miſſi, non amplius habeo, nec verborum ſatis recordor. Scripta quæ M. Benedictum mihi traditurum eſſe ſcripſiſti, non accepi. Orationem, quam petis, mitto, & à te viciſſim literas quibus de Reip. Polonicæ & Prutenicæ & Eccleſiæ & Academiæ veſtræ ſtatu edocear, expecto. Bene vale. Rhodopoli. Die crucis exaltatæ ab Heraclio, poſtridie æquinoctij.

Alia

EPIST: LX.

Alia ejuſdem.

M. Conrado Schlüſſelburgio Doctori Eccleſiæ Antuerpiæ.

SAlutem per Filium Dei ἀνθρώπων σωτῆρα ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων. Reverende & clariſſime vir. Te Saxonico Idiomate iſthic in docendo uti, & orationem ad captum & utilitatem auditorum accommodare, perlubenter ex tuis literis cognovi. Scribis te, ſi tot mirabilia capita regnare, & tot hæreticorum monſtra iſthic graſſari præſciviſſes, nunquam iſthuc iturum fuiſſe. Idem animus erat Jonæ, prævidentis confuſiones & pericula in urbe Ninive ipſi impẽdentia. De Superintendente, quod vobis in primo articulo propoſitum eſt, exiſtimo ſine conſcientiæ offenſione recipi poſſe. Hortatus ſum deputatos, ut inſpectorem miniſterio præficiant, & Caſſiodorũ, cujus doctrinam & ſtudium pacis mihi

prædi-

prædicaſti, nominavi. Apoſtatas inter vos exiſtere non miremini, cum Paulus etiam ſuos Alexandros & Hymenæos, ac Chriſtus Judam proditorem habuerit. De miſſa ſeu diſtributione cœnæ Domini crebriore nuper meam ſententiam indicavi, nõ nimis φορτικῶς urgendum, præſertim cũ ſingulis Dominicis accedere ad illam cuivis liceat, ſed paulatim eò, ut greges Jacob, oves veſtras ſuadendo ducendas eſſe. Pacem Religioni datam ſervari, nec vi diſſentientes exturbari lætor. Meminiſti illud Lactantij: Defendenda relligio eſt, non occidendo, ſed movendo: non ſævitia, ſed patientia: non ſcelere ſed fide. Hiſtoriam Confeſſionis Auguſtanæ Gallica lingua iſthic exprimi, neſcio an lætari potius, vel dolere debeam.

Non dubito enim Calviniſtas hac ratione provocatos, ſuam quoq; Neoſtadianam Hiſtoriam Gallica lingua publicaturos eſſe. Et ad meum libellum Apologiam primam in quarto excuſam Anno 1581. adjungi verſam in Gallicum ſermonem,

& Adverſariorum confutationem omitti, malim. Sed hæc Deo cõmitto. Quatuor exempla Germanicæ orationis, quæ petijſti, una cum Luſitanica hiſtoria quã Chriſtophoro Plantino iſthic recudendam dabis, mitto. Benè vale. Die Arnolphi Epiſc: Metenſis. 18 Julij. Anno 1581. Frederus meus te amanter reſalutat.

EPIST: LXV.

Alia ejuſdem ad eundem.

Salutem in Chriſto Servatore unico.

Reverende & clariſſime vir, totum ferè trimeſtre domo abſui, itaq; tres aut quatuor Epiſtolæ à te poſt reditum mihi traditæ ſunt, ex quibus prolixior illa 18. Septembris data, felices miniſterij veſtri ſucceſſus & Templi Caſtrenſis acceſſionem prædicat. Quos ut diuturni ſint, & Eccleſiæ Dei ſalutares, ardentibus votis opto.

Prudentiam & Pietatem veſtram audio, quòd Reipublicæ ſalutem precibus

bus aſsiduis DEO commendatis. N. N. Senioris nomen recuſare, non ægrè feres credo, Si talis eſt, qualem nunc deſcribis. Prima tua laudatio me quoq; præcipitavit, ut ſtatim eum deputatis velut hominem decoctum, pium, moderatum, uſu peritum, ideoq; gubernandæ eccleſiæ idoneum proponerem. Piſcarij controverſiæ nolim vos altius immergi. Satis eſt, in conſeſſu deputatos de pariter audienda utraq; parte & non deponendo illo ante cauſſæ cognitionem, admonitos eſſe. Video in Piſcarij articulis multos ex odio magis & æmulatione, quam gravi judicio & ſincero ſalutis eccleſiæ zelo profecta eſſe. Et alteram partem non audivi. Vos dum veram doctrinam liberè docere, & errores ac peccata taxare, vobis licet, patienter durare velim: nec propter ſemipoliticas Deputatorum deliberationes, vel rituum diſsimilitudinem, levibus quibusdam ingeniis occaſionem ſecus de vobis loquendi, aut vos tandem excutiendi, præbere.

Incident tamen intra annum vertentem Reipublicæ mutationes, quæ leviores illas controverſiolas omnes obruent & extinguent. Quod confutationem Adverſariorum in Hiſt: Conf: Aug: omiſiſtis, & Apologiam primam, ex editione anni 1531. in quarto adjungitis: valde mihi gratum. Exemplar Gallicum in officina abſolutum ad me mittetis. Ad te, paulo ante meum diſceſſum, exeunte Auguſto ſcripſi, & Polycarpi literas ad me datas adjunxi. Eas an acceperis, quæſo ſignifica.

Deum oro, ut nos gubernet & ſervet. Reverendiſſ: viris collegis tuis M. Joanni Iſenſeio, cujus literas accepi, & M. Hinrico Latomo ſalutem amanter opto. De Caſparo Stapelio, an conjunctionem vobiſcum colat, à te doceri cupio. Benè vale. Die Catharinæ Anno 1581.

EPISTOLA XCIX.

Alia ejuſdem.

Salus in Chriſto Servatore unico.

Reve-

REverende & Clariſſ: Vir, Duo oculi ſunt Genealogijs & omnibus hiſtorijs lucem adferentes, Temporum & locorum notationes certæ. Jam verò in Solmenſi familia, nec quo tempore vixerint, aut obierint ſinguli, annotatum, nec locis ſeu arcibus, in quibus ſedem habent familiæ diſtinctæ ſunt. Parum igitur, niſi hæc accedant juvare illa potero. Nec Weidenſem, quam te mittere ſcribis, ullam video, ſed tantum Solmenſem, & in hac non invenio Reinhardum, qui tempore belli Smalcaldici me adoleſcente celeberrimus erat. Remitto igitur, ut petis, ſarctam tectam, eadem qua accepi bonitate. Quod ad Paſtorem Schonbergenſem attinet, de M. Gudſchovio cogitavi, quem virum bonum & doctum eſſe ſcimus, modo ne probitas ei in aula damno ſit. Habeo familiarem etiam M. Joannem Vorſtium, optimum & bene doctum virum, ſed corpore & animo puſillum. Exercitatior eſt in Miniſterio M.

Eberhardus Weſthuſius Gelrus, qui Grubenhagy docet. Ex his, niſi magis idonei fortè iſthic tibi offerantur unum eligemus. Gratum fuit quod fratrum principum controverſiam me fundamentaliter docuiſti. N.N. impudẽtiam miror. Quem habeat ſocerum, cujus fiducia nitatur in aula, à te doceri velim. Etymologias fœderis Hanſati tuas, quinq; opinor liberas, legi, ex quibus primam, ſi certò mihi de ejus veritate conſtaret, præ cæteris amplecterer. Verum habeo jam famulum Schlavum, propè Luccam in Luſatia natum, qui, fœdus patria lingua Hãſam nominari, negat: Alioquin Germanicã præ cæteris probo Hanſeſtedt, q. d. Handelſtedt, de qua Joannes Witzendorpius Luneb. me primum admonuit. De Anſis vel ut annulis in catena cohærentib. tu quidẽ verbis belle philoſopharis, ſed jam ſcopas eſſe diſſolutas res ipſa oſtendit. Lubecẽſes in bello cõtra regem Daniæ an: 1417. à cæteris diſceſſiſſe, & occaſionem renovando inter cæteras civitates fæderi an: 1493. dediſſe

diſſe ſcribis, quod ego conciliare non poſſum. Celichium Superintendentem, ſi ſuccedet, veſtræ eccleſiæ, gratulor. Cætera coram rectius agemus. Otto Frieſen tabellarius ad nos nunquam fortaſſe redibit, nam non Caſparum ſolum, ſed me & alios defraudavit. Literas tuas, cum jam diſceſſiſſet Georgius Uslerus ab Osvvaldo primum miſſas accepi. Ideò per Uslerum reſpondere non potui.

Jam verò ad omnia trium epiſtolarum tuarum capita me ſcripſiſſe arbitror. Tabellario Wittebergenſi literas ad Polycarpum tuas dedi, tametſi res tota ex arbitrio & voluntate tua, jam confecta eſt. Mitto pagellam, paucis multa, de rebus variarum gentium complectentem, & plus videre apud Boltium poteris, ſi voles. Benè vale. Pridie Nonas Maij 89.

EPISTOLA LVI.

Timotheus Kirchnerus, M. Conrado Schlüſſelburgio, Eccleſiæ Wiſmarienſis Miniſtro fideli.

Salutem à CHRISTO.

REverende Vir, paucis ad tuas reſpondeo. Nunquam ſuaſerim ut prædicta ratione, vel ad vitam, vel ad certos annos, te Wiſmarienſibus obſtringas. Mancipium fieres, ſi faceres, inauditum eſt in Eccleſia ſe hoc modo obligari. Memini quoſdam in Saxonia idem attentare aliquando. Sed D. Morlinus felicis recordationis, rem improbabat. Amanter à te peto, ut Theologiæ tuæ Calviniſtarum libros, primo quoque tempore typis publicis invulgari cures, poſſet hic labor tuus pluribus prodeſſe, qui Calvinum tanquam Numen admirantur. Hæc ſubitò & inter multas occupationes ſcripſi. Benè in Domino vale & ſalve.

Dabantur Vinariæ, Anno Chriſti Salvatoris 9. Febr. 1581.

Timotheus Kirchnerus.

EPISTOLA XLVII.

Johannes Weigandus M. Conrado Schlüſſelb: affini ſuo chariſs:

Salu-

Salutem in Chriſto.

NON eſt parva res, contra Satanam bellum gerere. Habet enim ingenium callidiſſimum, dies noctesq; meditatur dolos. Habet linguã venenatiſſimam ad arrodendum. Habet ungues validiſſimos ad rapiendum & laniandum. Quid igitur mirum eſt, quod jam quoq; omnem ſuam rabiem, ille hoſtis perpetuus DEI & Eccleſiæ veræ, in nos convertit calumniando, alijsq; machinationibsm? Cur gereret nomen Diaboli, ſi non eſſet Diabolus? Eſt autem hoc vetus ipſius artificium, ut quando fanaticus aliquis propter falſa dogmata reprehenditur, viciſſim illi monitori objiciat crimina, ut hoc ludo involvat fanaticorum errores, & excruciat veros veri Dei confeſſores. Variis autem calumniis meum libellum poſt novem tandem annos, tantum, quia nunc reprehenditur falſum dogma illius, invadit.

Proferantur autem ipſa verba, exa-

minentur bonis rationib. & vincat atq́; conſiſtat veritas. Nebulones ſua verba ſubſtituunt. Ego non voco verbalem communicationem ſed phraſin ſcripturæ ſanctæ. Benè a. perſpexi, cum libellum comportarē per Dei gratiā, hāc locutionē eſſe verbalem cōmunicat: non ſatis commodè proferri. Credo a. differre iſta: eſſe phraſin ſcripturæ, & eſſe verbale quiddā. Realem communicat, quanta potui diligētia expoſui, & quidem Deo dante, tali ratione ut multi mihi gratias egerint, ac libellus ille cupidè ſit acceptus, ſæpiusq́; impreſſus. Vides omnia ad oculū eſſe expoſita. Wer nun am Wege bawet hat viele Meiſter. *Nihil a. prohibeo ut alij melius omnia explicēt, imò opto hoc fieri, & quidem optarim eos methodicè hoc præſtare, id quod, mea per Dei donum, nunc edita Methodo, facilius poſſent præſtare. Via n. præmonſtrata facilius tranſitur, ut vulgò loquitur. D. Morlinus ut & Chemnitius vocant genus quoddam cōmunicat: quo id quod propriū eſt uni naturæ tribuitur*

perſonæ

Digitized by Google

perſonæ, &c. Cur igitur quod illi diverſa genera appellant, nō liceret diſtinguere, licet aliæ appellationes ponerentur? Sed utut iſta ſint, ſi quis meliora poterit mōſtrare, ei pareamꝰ. Si quis veris rationib. quędā poterit corrigere, cū eo nihil cōtēdemus. Nā veritas nobis ſacroſancta eſt. A morſib. a. ſycophantis nemo poterit eſſe immunis. Audiēdi a. erunt aliquando illi criminatores corā, ac ſi ſapuerint ea, quæ Dei ſunt, ſanè non ſunt ea reijciēda: Sin alia protulerint, ſunt cōmonefaciendi. Iſta a. Deus, quem reverenter colimus, dabit. Jam vociferatur ille malus Sp: & lacerat homines, quem Chriſtus Dei digito ejicit. Nō dubito, quin Deus ēt porrò ſuā præſentiā & potentiā ſit oſtēſurus, Fecit ille hactenus, quæ jure pij attēdentes admirantur. Quod quędā differūtur, in ijs habet ille rex regū ēt ſua conſilia. Sed nō dormit neq; dormitat, qui cuſtodit Iſraël. Simus igitur patientes, & conſtantes, & in timore Domini moderatè agamus ea quæ ad ædificationem Eccleſiæ ſpectant.

Deus

Deus enim pro nobis bella geret & impœnitentes atque maledicos ſi non ſeriò egerint pœnitentiam, viſitabit. Expectemus itaq́; hunc Deum, ſine quo humana conſilia, & præcogitatæ actiones nihil valent. Benè vale. 26. Junij. 1577.

EPISTOLA XLVIII.

Alia ejuſdem ad eundem.

S. in Chriſto.

CReatori hujus mundi gratias ago, quod Anna feliciter peperit, & precor Deum, ut matrem cum fœtu clementer conſervet & protegat. In illa cauſſa rectiſsimum eſt, ut quilibet Cynoſuram illam lucidiſsimam ſequatur, quæ fulget in verbo Divino, & ſic nemo errabit. Non igitur nova dictata ſunt à Deo expectanda. Neceſſaria eſſe agenda, non neceſſaria relinquenda. Quod ſi hoc fiet, quod metuis velim breviter & modeſtè reſpondari, te ſecuturum lucernam verbi Divini in dictis &

factis

factis, & acquieſcere in confeſſione exhibita, te hactenus modeſtè egiſſe.

Cætera ſunt Deo commendanda. Ego & mecum procul dubio multi, gemunt ad Deum, ut is rebus iſtis omnibus auxilium ferat. Doleo talia fieri, quæ non erunt ſaluti Eccleſiæ. Lutherus Dicebat: Mitte vadere, ſicut vadit, quia vult vadere ſicut vadit. Eventus erit talis, qualem Deus permittet. Cauſſa eſt Dei, nec dormit neq; dormitabit, qui cuſtodit Iſrael. Ingenuè autem profiteor, me falſum dogma probare non poſſe, imò non debere, quia Deus prohibuit.

Neq; illi Ariſtarchi poſſunt demonſtrare, quod illud ſit dogma Propheticum & Apoſtolicum, prout verba ſonant. Incruſtationes autem non ſuſtinent tentationes, quas parit conſcientia, Hic ſubſiſto, Deo me ſuſtentante. Me autem cadente, non ſuccumbet veritas, quæ ſua habebit teſtimonia. Quod mones de illo, cui illa tradi poſſent, gratiam habeo. Cupio autem ſcire rationes, cur ille præfationem

putet

putet mutandam, per hunc reſcribe. Decreveram his licet importunis: diebus iterum ad viſitationem exire, ſed Capitaneus Preuſſij marchenſis ſe excuſat, quod adeſſe nequeat. Sic præter voluntatē differtur. Chriſtophoro quæſo literas trade: Benè vale. 11. Febr. 1579. Saluta fratres.

T. VVigandus.

EPISTOLA XLIX.

Alia ejuſdem.

Salutem in Chriſto Jeſu.

EQuidem non dubito, quoſdam in Eccleſia veſtra, diſcrimen functionis Eccleſiaſticæ & politicæ dextrè & fideliter explicare: Non igitur, meo quidem judicio defectus eſt in doctrina, ſed in audiendo. Ac videtur navis ſupplicare ſcopulis. Itaq; ab ipſo DEO expectandum & petendum eſt auxilium. Sæpè medicando vulnera magis lacerantur. Ideò & prudentia pia eſt adhibenda. Nec ſtat Eccleſia tantum humanis conſilijs, ac vult mirabilis Deus ſuas

ſuas mirabiles gubernationes conſpici. Faciamus igitur neceſſaria, h.e. cœleſtem doctrinam fideliter profiteamur, falſa dogmata non probemus propter hominũ indignationẽ, oremus, & in patientia debita mediocres evẽtus expectemus. Nam hoc axioma tertiũ eſt eccleſiam licet cruce preſſam, Deo omnipotenti curæ eſſe. Imò niſi exerceret ſeſe cruce, eccleſia non eſſet vera, quia Diabolus verã eccleſiã odit, ac vult Deus in ejuſmodi ærumnis ſuã præſentiã & defenſionẽ conſpici & prædicari. Sed nonnulli impatientes, Dei opẽ volunt antevertere, id quod non benè cedit. Et hæc de his. Porrò a. audio de Sacramẽtariis quibusdã motũ eſſe in inſula certamẽ. Utinã prudẽter ea res ageretur. Callidi n. ſunt ſacramentarij hodierni, ac verè Prothei. Itaq; piæ artis eſt, eos rectè conſtringere, ne ſua lubricitate elabantur. Hiſtoriam ejus rei ad me perſcribas, ac dabis operam, ut explorata accipiam. Sermones enim vulgi, plerumq; ſunt fallaces. Si qua apud vos de expeditione adverſum Moſchum & de motibus Belgicis conſtat,

fac ut ſciam. Meus gener cum filia Gedanum redierunt, Deus ipſos cuſtodiat & gubernet. Benè vale. 17. Julij. Anno Domini 1579.

VVigandus.

EPISTOLA LIII.

Alia ejuſdem.

Salutem in Chriſto Jeſu.

REverende vir, affinis chariſſime, oro filium Dei, ut te tuamq́ꝫ coſtam clementer in hac Exilij diuturnitate ſoletur. Te ſua benignitate paſcat, & de honeſta functione tibi iterum proſpiciat, idq́ꝫ non dubito eum facturum eſſe. Ipſe enim eſt Archiepiſcopus in Eccleſia ſua. Feciſti mihi omninò rem gratam, quod de plurimis rebus ad me ſcripſiſti.

Collegiſſe te errores Sacramentariorum lætor, ac tibi gratias ago, & ſum hortator ut cures in lucem proferri. Fortè apud Urſellanum excudi poſſet, aut Magdæburgi. Materia foret vendibiliſſima. Ego percuperem videre & prius perluſtrare,

ſtrare, non ut inde quædam ad meum uſum excerperem, ſed etiam ut ſi opus foret, de quibuſdam te monerem. Utile eſſet plures eruditos prius inſpicere. Manichæiſmum M. venatorio miſi jamdudum. Promiſſa eſt impreſſio, ſed &c. Valde mihi prodeſſet Colloquium Jacobi & Spangenbergij ad libellum de Manich. augendum. Ideò peto ut exemplar vel impreſſum vel ſcriptum propter communem utilitatem ad me mittas. De ſolutione non dubitabis.

In Anabaptismo nunc deſudo, parit mihi ea collectio multum negotij & laborum, præſertim vero in erudiendis rationibus, earumq; ſuccinctis ſolutionibus. Eo, Deo benè juvante, abſoluto acceſſurus eſſem ad collectionem Sacramentarijſmi, idq; meo more, hoc eſt, tenui, nervoſo tamen & lucido. Ad hanc partem igitur tua mihi opera, ut opinor, aliquid adjumenti adferret. Sequetur porro Servetianismus, & alia. De fraudibus Sacramentariorum, ſi Magdeburgi non exiret,

R censé-

conferem Urſellis ap. Nic: Petri imprimi poſſe. Benè vale. 12. Jun. Anno 1580.

EPISTOLA LXXII.

Alia ejuſdem ad eundem.

Salutem in Chriſto.

REverende vir, affinis chariſsime. Non eſt via hominis, nec viri ambulantis dirigere greſſus ſuos. Non igitur caſu volvūtur res humanæ, ſed Deus ſuos ducit & collocat, quocunq; velit. Id v. ego agnoſco, & grata mēte prædico, quod Deus, pro ſua immenſa miſericordia, me per omnē vitā, clemēter rexerit & protexerit, ac re ipſa deprehendo me adhuc ipſi curæ eſſe, eumq; oro ſupplici pectore, ut me ſinat eſſe vas ſalutare, quamdiu fuero. Quod porrò ad hoc præſens negotiū attinet, non eſt tibi ignota ratio meæ vocationis. Ipſe n. aſtitiſti ad arā, cū ſolennitate mediocri, & piis precib. præſente D. Principe & ſtatib. hujus terræ, mihi hoc Miniſteriū in ſpecie demandaretur. Meminiſti ēt, quid ipſe ſpoponderim. Jam igitur cum ipſi non excuſſerint ſervum Dei, quomodo is ſtationem ſuam relinquere poterit? Deus n. cœli ti-

mendus

mendus eſt, qui iſti ſanctioni, & hactenus operib. vocationis clemēter adfuit. Deinde nō ignoras, adhuc alterum Epiſcopi locum vacare, meq́ʒ ſolū hic eſſe. Jam ſi iſta ſtatio deſerenda eſſet, Quidnam quæſo te ſtatus regionis clamaturi eſſent de deſerta Eccleſia? Quale teſtimoniū coram omnib. piis in hoc mundo perhibituri eſſent? Statuo & filiū Dei, ad hanc Eccleſiam ſuū habere oculū. Quid v. hūc Dominum noſtrum dicturū aut facturū eſſe cēſes, ſi ex iſta vinea, absqʒ ipſius venia diſcedā? Alia non adducā, quæ facilè conjectura potes aſſequi. Et deniqʒ credo, facilè meliorē & aptiorē, quā ego ſim, inveniri poſſe, ut qui nunc ſenecta & debilitate premi incipiā, & quotidiè cogitē de emigratione in cæleſtē patriā, quæ mihi & aliis piis quietē æternā ſuppeditabit. Hoc igitur tēpore, ubi nulla adhuc mutatio fit, ſpero vos pro veſtra pietate habituros eſſe patientiam. Quanti ego aliàs iſtum locū faciā, nō ſemel ex me audiviſti, & ſanè officia, quæ potero libēter ipſis hominib. exhibebo. Bene vale. Lubemolæ 25. Jun. an. 1583.

EPISTOLA CLXI.

D. Chriſtoph. Pelargi, quondam Orthodoxi Theologi, ſcripta ad Conradum Schlüſſelburgium.

REverende & clariſſime Vir, amice & frater in Chriſto honorande, gratiſſimè nobis tua tam amica accidit προσφώνησις, & quia celebre illud nomen tuum, indefeſſam, quæ contra Hæreticos, militiam jam pridem ſuſpicimus: & quia ſinceros quoq; Eccleſiæ Doctores, in unam, non modò fidei, ſed voluntatum etiam conſenſionem & συμβιβασμὸν dulcem tranſire cupimus. Illud verò præter votum, ut noſtrum, ita forte aliorum plurimorum, quod R. T. D. controverſiam ſibi, ab hominibus quibusdam factam ſcribis, ob quandam in Homilijs Eccleſiaſticis, quæ bono prodiere publico, viri cujusdam illorum Amici volationem. Optaremus longiſſimi temporis Hiſtoriam citra offenſionem, renovari poſſe: ſed veritas amara

mara eſt, & qui eam prædicunt, amaritudine replentur, dicebat Hieronymus. Quod tamen noſtrum, ea de re, conſilium quæris, exiſtimamus, privatim moveri poſſe, amicos iſtius viri, ne τὸ εὐκείμενον, temerè moveant, & illud, quod viro iſti tribuis, non tam ad perſonam ipſam, quam cauſam tribuant. Etenim, ſi vir iſte, alioquin bonus & honeſtus, in tuis concionibus, notatus, proximum ſuum, ſine cauſa læſit, non ægrè moleſteq; ferant, hoc peccatum laxari. Si nimis ſeverè factum illud, publicè taxaſti: condonent amici Eccleſiarum tranquillitati, ſive dolorem iſtum, ſive zelum tuum. Vt ad omnes Confeſſioni Auguſtanæ, Theologos, addictos provoces, videtur haud ſuadēdum, cùm facultatum Theologicarum, ex tribus fortè Academijs conſilia ſufficere poſſint, ad mitigationem Animorum accenſorum. Nec defuturos confidemus, qui ne publicè, erumpat in diſsidium vetus negotium, prudenter ſint vigilaturi. Tibi, & laboribus tuis ſanctiſsimis, bene-

 dicat

dicat fons ille, εὐλογίας, Chriſtus, inque ætate iſta affecta, pacem tribuat, & nos omnes, in veritate, ad veritatem, & in hac ducat ad æternitatem, Amen. Francofurti celeriter.

EPISTOLA CLXII.

Alia Epiſtola Pelargi, Schlüſſelburgio, ab eodem miſſa.

Salutem in Chriſto Jeſu.

LITERAS tuas, reverende & clariſſime vir, Amice patris vicem, colende, collegio noſtro, jampridem exhibueram, paratus illico reſpondere, niſi, in aulam vocatus, abiiſſem, interjecta ergo mora eſt, quæ ne moleſta ſit Dignitati tuæ reverendæ, iterum, iterumq́; rogo. Ita verò Collegæ mecum, de quæſtione ſtatuunt propoſita. Magnam quidē eſſe negligentiam, intra 66. annos, nullā rerū & bonorū Eccleſiaſticorū inſtituiſſe viſitationē: idcirco tamen, à ſacra Euchariſtiæ uſu. Neminem arcendum, nec excommunicandum, cùm dubio procul, alia non deſint reme-

remedia & media, & Chriſtus ipſe, Matth. 18. cap. tentare prius jubeat modos, correctionis alios, quàm ad ultimum uſque deſcendamus. Poterat veſter Princeps illuſtris rogari, ut Senatui, curam iſtam ſeriò injungeret, perſuaderi etiam ſenatus rationibus, ne οἰκονομίαν hanc ſacram, tamdiu negligenter habeat: Quod ſi ne ſic quidem impetretur quicquam, publica excuſatione, Miniſterium venerandum, Eccleſiæ oſtenderet, penes ſe, tantæ negligentiæ & incommodorum culpam non eſſe. Et ſic triplex ageretur cenſura, Amoris, timoris, pudoris: Amoris, quia moverentur.

Timoris, quia à Magiſtratu juberentur. Pudoris, quia, ob ἀμέλειαν, tantam, publicè, tandem confunderetur. Quod ſi quis ſeverius animadvertendum putet, & in vincula ire jubeat Eccleſiaſtica, audiendi prius fuerint, & exceptiones eorum ponderandæ ne quid fiat, contra τὸ ἐπιεικὲς illud, quod in nobis requirit Apoſtolus, ad Phil. 4. c.

Hæc breviter ad motam quæſtionem. Quæ de mutatione Religionis, apud vos iſthic & alibi, ſparſa, omnia ſunt μυθώδη. Affirmare enim tibi ſanctè poſſum eandem in templis & ſcholis, ſonare Dei beneficio doctrinam, nec adegiſſe quemquã, illuſtriſſimum noſtrum principem, ut vel tantillum recederet à priore Confeſſione, quo bono gaudent ſubſtiti, Deumq́; precibus ſeriis conveniunt ut conſtans & perpetuum eſſe ſinat. In metu ſumus aliquo, bellicorum tumultuum, ob vicinum noſtris finibus Militem Paſſavienſem, Deus pacis, jubeat, circa nos eſſe alcedonia, & colligat ſibi, tum hîc, tum in Balthico veſtro littore, Eccleſiam, quæ continua ſucceſſione, ad finem uſq́; Mundi, eodem ſpiritu, eadem fide, eademq́; voce, divinas perſonet laudes, & ad cælos uſq́; propaget, in hoc voto deficio, ſed nunquã te æſtimare & amare. V. Francof: 18. Mar: an: 1611.

V. R. D.

ſtudioſiſſimus

Chriſtoph: Pelargus D. m. p. ſcripſit.

Has

HAs duas Pelargi, magni iſtius Apoſtatæ, Vertumni, & Eceboliſtæ impudentiſſimi Epiſtolas, hoc loco repetere volui, ut ex illarum lectione, lector piè eruditus, animadvertat, quàm ventoſus, levis & inconſtans ſit Pelargus Matheologus:

In his enim duabus Epiſtolis, me, ob mea ſcripta publicis typis, divina benedictione invulgata, ad cœlum uſque ſummis laudibus evehit: In poſtremis verò ſuis maledicis ſcriptis, quibus Calviniſtarum, doctrinam blaſphemam, antea à ſe, viva voce & publicis ſcriptis condemnatam, meos libros, contra Dipnoſophiſtas aditos, quos nullus hactenus Sacramenti perdarum, refutare auſus fuit, me, ad infernum uſque, detrudit, & mea ſcripta, ad quæ ille Apoſtata, ne verbum quidem, rectè reſponde-

ſpondere poteſt, reijcit & condemnat. Prodeant Calviniani, cum Apoſtata Pelargo in lucem, & demonſtrent, errores illorum blaſphemas, in meis quatuor Theologiæ Calviniſtarum libris ex illorum ſcriptis, plusquam Trecentis repetitos & tranſcriptos, ſacræ ſcripturæ conformes eſſe. Deum oro, ut Pelargum convertat, vel in Apoſtaſia ſua Diabolica, perſeverantem evertat & confundat, Amen.

D. Pelargus Apoſtata magnus, ad quendam ſuorum Amicorum, Stetini habitantem, anno 1614. 18. Octobr: ita ſcripſit: D. Schlüſſelburgius, Epiſtolam ad me miſit, valdè acerbam, & tanto ſene indignam, ubi me rumore ſolo nixus & fama mẽdaci ἀποστασίας arguit & in viam redire monet. At quæ mea Apoſtaſia? Quæ jam ante multos, docui & ſcripſi Annos, ſi non iiſdem planè verbis, Eodem adhuc trado ſenſu. Quod aliis non contradico, juſtiſſimis urgeor cauſis, quas Eccleſiæ ſub patefaciam tempore. Hactenus Pelargus.

Pelar-

Pelargus impudenter nugatur, me ſene indigna facere, quod illius apoſtaſiā, toti Eccleſiæ notam, ex verbo Dei argui: At ille facit indigna Doctore Eccleſiæ & Superintendente, quod à veritate agnita & profeſſa, veluti Apoſtata, turpiter defecit. Dicit, ſe ex juſtis cauſis, non contradicere Calviniſtis, quas Eccleſiæ ſuo tēpore ſit patefacturus: Quaſi v. juſtiſſimas cauſas! quas in æternum defendere non poteſt.

EPISTOLA LI.

Simon Pauli & David Chytręus. D.

M. Andreæ Corvino, Superin: Wiſmar: & M. Conr: Schlüſſelb: D. Eccleſiæ fideliſſimo, Amicis & fratribus noſtris colendis.

Gratiam & pacem in Chriſto Ieſu, Servatore unico.

Literas veſtras, Reverendi & Clariſſimi Viri, amici cariſſimi, Chriſtianæ pietatis & zeli plenas, unà cum Refutatione virulenti & maledici libelli, ex Dania primùm in hoc littore Baltico, & præcipuis Germaniæ, & exterarum Gentium aulis.

aulis, longè lateq́; ſparſi accepimus, & reverendiſsimi Epiſcopi Pomeranenſis D. Doctoris Johannis Wigandi vigilantiam & zelum, in propugnatione Dei gloriæ, & teſtamenti Chriſti, conſtantem, reverenter probamus, & omnium piorum & prædicatione & laude dignum judicamus. Libenter etiam noſtro loco, editionem libri, in hac urbe, promoviſſemus. Sed Typographi noſtri, poſt aliquot dierũ deliberationem tenuiores ſe eſſe, queſti ſunt, quàm ut ſuo ſumptu exprimere libros poſſint ſicut nos ipſos vexilibus chartis orationem & intimationum noſtris, quæ apud nos excuduntur, Mercedem ipſis ſolvere, neceſſe eſt. Exiſtimamus autem Wolffgangum Kirchnerum, Typographum Magdeburgenſem, qui meam & Simonis Pauli Poſtillam, aliquoties recudit, hoc D. Johannis Wigandi ſcriptum, non gravatè eſſe evulgaturum. Eaq́; in re, meam commendotionem & operam, in tranſmittendo, vobis polliceor & præſtabo.

De

De Concordiæ formula, nihil recentius his D. Jacobi Andreæ concionibus Dreſdæ editis, habeamus, quas prælectas ſtatim nobis remittetis. Sperat Paſtor Vitebergenſis, D. Polycarpus Lyſerus, ad nundinas Francofurdianas librum certò proditurum eſſe. Quod ut Deo æterno Patri, Domini noſtri Jeſu Chriſti, benedictionem & gratiam ſuam largiente, fiat, & Eccleſiæ ſalutare ſit, toto eum pectore precamur. M. Conradi, in hoc ipſius Exilio, cum benevolentiam memores ſumus & fidem ac diligentiam noſtram ipſi probare cupimus. Sed occaſiones ut eventus, non in noſtra, ſed ſolius Dei manu eſſe, ſcitis. Benè & feliciter valete. Roſtochij 15. Febr. An. 1580.

EPISTOLA XVIII.

Alia Epiſtola.

D. Conrado Schlüſſelburgio, Vitebergæ jam diſcenti.

SALUTEM & hunc inchoantem Annum, felicem, acceſſum & ſalutarem, tibi precamur.

tamur, pijſsime & doctiſsime Dn. Conrade, Amice, inter raros, plurimùm colende. Gratiſsimum nobis fuit tuum erga nos pietatis officiũ, Homĩne de Religione, rectè ſentiente dignũ, quod multa nobis hoc tẽpore ſcitu neceſſaria, de inſidijs Adverſariorũ noſtrorum revelas. Multò a. gratius beneficium nobis contigiſſet, ſi & priores tuæ literæ, de quibus mentionẽ facis, fuiſſent redditæ. Valdè n. verentur ne in aliorum illæ manus devenerint, verùm quod ad proximas attinet non immeritò tecum & cum omnibus pijs, deploramus Eccleſiæ præſentem ſtatum.

Quid veſtris Theologis injunctum ſit, prorſus ignoramus: Citati autem noſtrum aliqui ſunt, ut ad proximam ſeptimanam, ſeptimo die Januarij, Dreſdæ coram Electore Saxoniæ, Auguſto, compareamus, rationem reddituri, cur in Theologos Miſnenſes, contumelioſa (ut quidem ab illis appellantur) hactenus ederemus ſcripta, ut audituri, quid nobis porrò ſit faciendum.

An

An a nostri generoſi Domini Comites, qui ſuarum Eccleſiarum propriam, & ab omni alieno imperio, exemplũ habẽt, bono Titulo jurisdictionẽ, nobis permiſſuri ſint, ut præſertim, cum aliarum Eccleſiarum præjudicio, quæ non minùs, quàm nos, hujus controverſiæ partes ſuſtinent, illo loco nos ſiſtamus, nondum adhuc ſatis, nobis conſtat. Optaremus ſanè, legitimo tamen & Eccleſiæ veteris uſitato more, quamprimùm inſtitui, à piis Principibus, talem aliquem, de Religionis controverſia, Theologorum, utriusque partis congreſſum, ubi procul dubio, non omninò inutilis collatio, de piæ religionis articulis & corruptelis introductis à falſis Doctoribus fieri poſſet collatio placida, ſed neſcimus profectò, An tute quid nobis promittere, in tanta omnium rerum perverſitate audeamus: Quæ enim, quò minus id fiat, impedimenta, piis noſtris votis obſtent, ipſe agnoſcis & in tuis literis enumeras prolixè.

Quod

Quod ad libellum de prædeſtinatione, attinet, videmus, quænam illi notârunt, & miramur horum cenſorum, in tam ſacroſancto negotio, puerilem inſcitiam, vel deteſtandam potius malitiam, nec moramur illorum reprehenſiones, quibus procul dubio, cauſſam ſuam, ſunt prodituri ignorantiam, de tantis divinis revelatis tamen, in ſacra ſcriptura, Myſteriis. Remittimus itaq; libellum tuum, in quam, ut petiiſti. Pauca propriis noſtris manibus ſcripſimus, Tibiq; pro communicatione ejus, atq; omnibus aliis pietatis & dilectionis Chriſtianæ officijs, gratias agimus quàm maximas.

Prorſus ſunt futilia, quæ D. Paulus Crellius, collegit ex diverſis ſcriptis, non tamen inter ſe pugnantibus. Conatur oſtendere me Spangenbergium contraria docere, Et fortaſſis vult perſuadere rudioribus, me prædeſtinationis doctrina fidem, quo unico medio ſalus apprehenditur, prorſus tollere, & annihilare, qua in re manifeſtam mihi facit injuriam, cùm

Digitized by Google

meo, de prædeſtinatione, libello, nihil magis urgeam, quàm fidem in Chriſtum, qua excluſa, nihil rectè, nihil utiliter, nihil ſalutariter, de prædeſtinatione domini aut cogitari poteſt. Sed calũnijs doceri hactenus, his meus eſt impugnatus libellus, qui tam firmis nititur ſcripturæ ſacræ verbis & Teſtimonijs. Facile etiam veritatis patrocinio fultus, contra mendaciorum Architectos, victor evadet. Mitto tibi Apologiæ meæ, pio prædeſtinationis libello, exemplar. Plura Tabellarius Islebiæ accipiet. Soli nos Dreſdam vocati ſumus.

De Illyrico nihil nunc nobis certi conſtat, fama eſt, eum nunc Argentorati vivere. Tueatur eum Dominus. Tu pro nobis Deum ſedulò orabis, & confirmabis fratres, de doctrina adhuc nobiſcum rectè ſentientes. Miſereatur Dominus miſeræ juventutis: Chriſto te commendamus. V. Dat. Manſf: an. 1568. Cal: Feb.

M. Hieronymus Mencelius in comitatu Mansfeld: Superintendens.

S M. Cy-

M. Cyriacus Spangenbergius Decanus, M. Andreas Theobaldus Eislebij Concionator.

EPISTOLA LII.

Reverendo Viro, eruditione & virtute præſtanti, Domino Johanni Wigando, Superintendenti Eccleſiæ Wiſmarienſis ſuo fratri, in Chriſto.

Salus à Filio DEI.

REver: & cariſſ: frater. Hunc Tabellarium mitto, ad illuſtr: Principes Megapol: ut ab illorum Celſitudine, hoſpitiũ, in hoc duplici meo Exilio petam. Brunſuicenſes, putant ſe ſatisfeciſſe DEO, quod Chriſto Exulanti hac hyeme, jus hoſpitij conceſſerint, ipſe ſibi de reliquo providerit. Ad te miſi Tabellarium, ut tu eum inſtruas. Interea, dum abit ad Joannem Albertum, tu alium, ad Ulricum mittito. Poteſtatem tibi facio, reſignandi literas utriusq; Principis ad me. Si reſponderint, ut ſpero, & ſi beneficium Hoſpitij, ab ipſis impetravero: Tu mihi ſtatim ædes conducas Wiſmariæ, ut cum exulante familia,

ad

ad Paſcha, ad vos migrē. Admodùm grave eſt mihi, quod ne locus quidem Exilij conceditur. Theſeus ignarus veri Dei horrendū κάθαρμα, œdipum, Regno & patria ejectum, pulſum, Hoſpitio ſuſcepit: nihil veritus Thebanorum offenſiones: Humanitatis affectu, vincens metum periculorū Chriſtiani, qui de ſancto nomine Dei gloriantur, Miniſterio Eccleſiæ, ob veritatis confeſſionē, horrenda contumelia affecto, portanti στίγματα Chriſti, in corpore ſuo hoſpitium denegant. Dn. Jeſus, det illis pœnitentiā ὅλαι ἅμαξαι βλασφημιῶν advectæ ſunt. Dubito nū Sol iſtæ unquā tale ſcriptū, tam plenū mendacijs & virulētiſſimis convitijs & blaſphemijs aſpexerit. Acta ſynodica Witeb: ejuſdē ſunt generis, niſi tamē fallor, invenerunt Witenb: quibus de laude maledicētiæ cōcederent. Cū te deſertionis Eccl: aliquoties accuſent, & alijs præconijs ornent: Tuū erit, aut culpā fateri & deprecari, aut graves cauſas tui diſceſſus exponere Eccl: Admirari nō poſſū ſatis, quod tam multos ſcriptores ſimul laceſſant.

Quæ de D. Morlino, & Miniſterio hujus Eccleſiæ ſcribunt, vehementer movent ipſum. Hodie coram Senatu teſtatus eſt, merum eſſe mendacium, quod à Magdeburgenſibus ſcribitur. Nemo enim inter ipſos, detrectavit Articulorum Lunæburgenſium ſubſcriptionem, Totam atræ & flavabilis veſicam, in hoc ſcripto, exoneraverunt. Si Deus vitam conceſſerit, & Spiritu ſuo ſancto, me juvaret, diluam iſtas atroces injurias.

Franciſci Stankari librum, ante paucas ſeptimanas, cùm vas meorum librorum aperirem, reperi: Si Deus ſedem aliquam tranquillam concederet, non detrectarem laborem, refutandi hominem fanaticum.

Gratulor & Doctori Muſæo, de nova functione, adſit ei Spiritus Sanctus, ut ædificet Eccleſiam. Quod mei & meorum, in precibus veſtris, mentionem facitis, gratiſſimum mihi eſt.

In hac mea grandi neceſſitate, hoc ſubſidio, valdè indigeo. Nondum mihi conſtat,

ſtat, quis conſul Antonio Moritzio, ſit adjunctus. Niſi Dei clementia reſpexerit urbem Magdeburgum, & confregerit arcum & tela, actum eſt, de Eccleſia & Republica Magdeburgenſi. Oro Deum ut tuam valetudinem conſervet & reſtituat.

Si Principes veſtri Megapolenſes, hac conditione Hoſpitium conferrent, abſque eorum conſenſu, intelligis quàm mihi hoc grave futurum eſſet.

Quod ſi ejuſmodi Appendicē, animadverteris in literis, ne conduxeris ædes meo nomine: Si verò ſimpliciter annuunt meæ petitioni, conducito ædes, in quibus duo habeam Hypocauſta: utque mihi ſtatim poſt Paſcha, ad vos migrare liceat uxor mea rogat, ut ſi principes concedunt Hoſpitium, tua uxor, nobis iſthic famulam conducat, cujus operâ, ſtatim poſt Paſcha uti poſſimus.

Si repulſam à principibus veſtris patiar, cogor, in patriam reverti, licet meus conſpectus, tam ſqualidus, meis amicis

potentibus, admodum inſuavis ſit futurus.

Exemplaria meæ Reſponſionis, ad criminationes Magdeburgenſium, Ego ipſe nanciſci non poſſum, ſecundò impreſſus eſt liber, nec tamen huc adferũtur Exemplaria, neſcio quo fato fiat. Unicum tantũ habeo Exemplar, quo non poſſum carere Literas tuas accepi, & volũtati tuæ jamdudum ſatisfeciſſem, ſi per me ſtetiſſet.

Mitto tibi meum Exemplar, ſcripti Magdeburgenſium, ut videas tam præclarum opus, ſi tu jam mercatus es, mihi remittes. Omnino tibi, & M. Matthæo judici, neceßitas imponitur aliquid reſpondẽdi, & oſtendẽdi Eccleſiæ, quid de hac ejectione miniſtrorũ Chriſti & convitijs Magdeburg: ſentias. Diligentiam tuam, in examinando libro D. Pauli Eberi, de cœna Domini, probo. Non levis eſt error, quem de Hyperitarum & Atheorum, diſtinctione, ex ſuo ſinxit capite, ipſe ſibi aliquoties contradicit. Theologi, in comitatu Mansf: hanc pericopen in Eberi libro, ſimpliciter conde-

condemnant. Nec D.Morlinus & Chemnitius probant. Saltem nollent certamen, eam ob rem moveri, eò, quod liber ſit magnæ autoritatis, & putetur, multum emolumenti, allaturum, Eccleſiæ. Mea ſententia eſt, Errorem iſtum, non eſſe diſſimulandum, ne poſtea criminentur nos per ſilentium noſtrum, Ebero conſenſiſſe. Dum præpoſterè fugimus certamina, ſpargimus ſemina ingentium bellorũ, & nos ipſos neceſſariis armis ſpoliamus. Hem aſtutia! valdè te oro, ut aliquid certi ad me ſcribas, nũ commodè apud vos exulare queã: Si princeps Ulricus, alieno eſt à me animo cõſultius eſt, ut tãtis ſumptib. parcã, & me in patriam meã conferam, licet meus conſpectus Amicis parum gratus ſit futurus, judicium tuũ, de Conf: Eccl: Veſalienſis & adjunctis diſſentiẽtib. cenſuris, quæſo ſcribas, & collegarũ tuorũ ſubſcriptionẽ poſtules. Benè vale. 4. Maji Brunſu: Mea uxor te ſalutat, Ipſa me ſæpè conſolatur, & tamen à te conſolatorias literas petit. T.Til:Hesh: Exul Chr.

EPISTOLA LVIII.

D. Georgius Mylius, ad Conradum Schlüſſelburgium, Paſtorem apud Antwerpienſes.

Salus ex eo, extra quem nulla Salus, AMEN.

SI quid mihi gratum eſſe unquam potuit, reverende mi Conrade, gratiſſimæ mihi tuæ fuerunt literæ, quibus & aditum mihi ad tuam amicitiam pateſeciſti ampliſſimum, & amicitiæ ipſius inter nos conſtituendæ luculentum ſanè poſuiſti exordium. Atq; utinam temporis non obſtaret anguſtia, quin tuam in ſcribendo diligentiam & rerum ἀξιολογωτάτων apparatum, quo tua inſtructa eſt Epiſtola, *ego prolixis literis, a ſcriptione quam ſelectiſſima recompenſarem. Cujus negligentiæ jam neceſſario committendæ culpam, ego me tamen alio tempore ſtudioſe atq; affatim eluturum eſſe polliceor.*

Nunc

Nunc quod in literis tuis reſponſum præcipuè requirit, ut paucis expediam. Probo ego ſanè, & prædico majorem in modum, tuum in aſſerenda purioris Religionis veritate exquiſitum atque ardens ſtudium: idq; eo magis, quod eam tibi delegiſti in ſcribendo materiam, in qua haud dubie præſtare quam plurimum potes, quippe ibi locorum, in quibus tu verſaris, acerrimè controverſa. Quod ſtudium tuum cum ita comparatum ſit, ut optimi cujusq; approbationem, applauſum commendationem mereatur: fateor ſanè ingenuè, me in eo adjuvando promovendoq; nihil eſſe ulli vel labori, vel operæ meæ atq; ſtudio facturum reliqui. Et ut paucis explicem, quod animo volvo, cum Tubinga ſit mihi q. altera quædam Patria, non ex temporis tantum diuturnitate, quod ego in ſtudiorum cultu ibi conſumpſi: Sed virorum etiam optimorum & doctiſſimorum favore, qui Academiæ illius ſunt primarij antiſtites: ſimul etiam quia iſta ſchola in hac etiam palæſtra

plurimum ſudat, quam tu quoq; ingreſſus es: ſic planè induxi in animũ meum, ſi tibi lucubrationes tuas ad me tranſmittere libeat, vel ipſe hinc Tubingam usq; excurrere, vel literis ad Acad: datis impensè hoc agere, ut tu voti tui fias primò quoq; tempore compos. Et jam jam videre mihi videor, quantum ſibi boni illi viri, D. Jacobus Andreæ, & D. Jacob: Heerbrandus, D. Theodor: Schnepffius gratulaturi ſint, ſi te ipſis auxiliatrices manus in iſto bello ferre, & tuum ſtudium cum ſua induſtria conjungere cognoverint. Itaq; conſilii tui quin me quoq; approbatorem ſtudij fautorem, operis ipſius promovendi fidelem ſis habiturus miniſtrum nihil dubites: Cætera etiam, quæ ab animo tui tuorumq; collegarum omnium amãte proficiſci poſſunt, de me tibi pollicearis. Preces noſtras cum veſtris inde ex eo usq; tempore conjunximus (imò vota ardentia ſemper pro vobis fundimus) quo mihi per literas innoteſcere ſuperiori anno Collega tuus venerandus cæpit, D. Caſſiodorus Eccleſiæ

Galli-

Gallicæ, noſtram confeſſionem profitentis apud vos antiſtes. Quem quidem ex me amanter atq; officioſè ſalvere & primaque mihi offeretur occaſione, meas etiam expectare literas jubebis. Vale, ac ſemper in Chriſto vale, Amen.

Datæ 3. Calend. Julias, quæ dies Apoſtolis duobus Petro & Paulo ſacra erat Anno partus ſalutiferi 1581. In Patria.

EPISTOLA LXIV.

Alia ejuſdem.

Ad Conradum Schlüſſelburgium.

Salus in Chriſto Jeſu.

L*Iteras tuas 11. Julij datas accepi, easq; non ſine magna voluptate legi, quippè rerum ſcitu digniſſimarum copia refertiſſimas. Inter quas ea potiſſimum animum meum ſingulari gaudio perfudit, quod & plurimos eſſe purioris Religionis aſſeclas jam nunc, & eorum quotidiè ad noſtram Eccleſiam, majorem fieri acceſſionem cognovi.*

Quod

Quod nobis gaudium, faxit DEUS, *ne calamitas ulla interturbet. Interim dum accepi tuas literas, fama ad nos perlatum eſt, vobis à Calviniſtarum furore haud ſatis tutam eſſe manſionem: Nuper tamen publico ſenatus decreto de ſecuritate & libertate ſacrorum exercitiorum ſatis cautum eſſe. Quod quale ſit ex te reſcire deſidero. Lucubrationes tuas ut primum accepero, pro eo ac promiſi, vel ipſe præceptoribus meis Tubingam judicandas transveham: vel ſi id fieri per labores non poſſit per tutiſſimam vecturam tranſmittam: quidq; iſti de tua voluntate judicent, quid de toto negotio futurum ſit, prima quaq; occaſione ad te perſcribam. Collegis meis gratiſſima animi tui benevolentia atq; candor. Schuneiglinus, quem ex te ſalutari voluiſti, ſuperiori anno ſua militia perfunctus, ad cœleſtem quietem evectus eſt, quam nobis etiam ſuo tempore* ἀρχιποίμην καὶ ἀρχηγὸς *noſter benignè largiatur, Amen. Oſiandro ea, quæ tu de libello ipſius mihi ſigni-*

ſignificaſti, ſuperioribus diebus à me perſcripta ſunt omnia, cui hæc omnia tam grata non futura quam quæ ſunt gratiſſima.

Dum hæc ipſe ſcribo Jeniſchÿ per famulum codices tuarum lucubrationum quatuor manuſcriptos mihi mittunt, Latinos tres, vernaculum unum, tribus faſciculis compactos, de quorum ſalvo adventu magnopere mihi gratulatus ſum. Codicibus inſertas offendi duas cõciones tuas typis excuſas, ac mihi dono miſſas, de quibus gratias tibi habeo. Fuit etiam inſerta tua ad Profeſſores Tubingenſes proteſtatio, de qua te à me nuper non fuiſſe monitum, aliquoties interim mihi ſuccẽſui. Literas autem tuas codicibus adjunctas, nullas accepi: ſive id judicio tuo aliquo factum eſt, quod vix opinor: ſive eæ non ſunt mihi redditæ, de quo tibi cavere tute optimè poteris. Niſi id fortaſſis fiat, ut cras demum per equos diſpoſitos ſolito more allatæ, reddantur mihi. Porro quod ad codices attinet, curabo, ut quid futu-

rum ſit, primo quoq; tempore reſciſcas. Tu mihi eorum lectionem curſoriam ſaltē ad dies aliquot non invidebis. De lima mea admodum profectò attrita, atq; ad eliminandos tuos labores minimè apta, nihil habeo, quod tibi pollicear. Cæterum ſtudium meū & fidelitas tibi nequaquā deerit. Num Villerius Auraici P. cōcionator, autor ſit libri illius vernaculi, qui Bienenkorb inſcribitur, tu me, ſi modo cōſtat tibi, certiorē reddere ne graveris. Simul id ēt ex te ſcire ēt atq; etiā cupio an in veſtris bibliopolis Græca Patrū, & quorū. extent monumenta, quæ mihi hactenus, præter Baſilij & Epiphanij ſcripta, neq; hic, neq; Francof: unquam ſunt oblata. Vale benè in Christo, qui te in ſtatione iſta ſane perquam gravi ac periculoſa magis magisq; roboret. D. Caßiodorum ac reliquos etiam tuos ſymmyſtas ex me amanter ſalutabis. Orate Dominum pro nobis, Nos idem facimus, facturiq; ſumus deinceps pro vobis. Datæ pridiè Bartholomæi, cujus feſtum funeſtum ſuperioribus

bus annis in Gallia plurimis fuit. Anno 1581. In Patria.

Epistola LXIII.

Joanni Beato Paſtori Eccleſiæ ad D. Nicol: Roſtochij, David Chytræus.

S. D.

Reverende D. Paſtor. Literas tuas poſtridiè Cal. Jan. datas accepi, quæ eam ob cauſam mihi pergratæ fuerunt, quod te afflictæ, & aſſiduis morbis obnoxiæ conjugis meæ ſolitudine, & miſeriis affici, & amicis conſolationibus, aliisq; officiis dolores ipſi lenire, & viduitatis moleſtias levare oſtendebant. Quod v. Lubecenſem cauſam, poſtulante ſic rei neceſſitate, publicè à te declaratam eſſe ſcribis, ingentem animo meo dolorem attulit, proſpicienti quam triſte incendium ex parva ſcintilla oriturum ſit, Quo, niſi tempeſtivè ſopiatur, non modo Eccleſiam & ſcholam noſtram, verum etiam totius Saxoniæ in ea ora Baltici littoris Eccle-

Eccleſias mediocri hactenus tranquillitate & concordia in ſtudio & profeſſione veræ & incorruptæ de DEO doctrinæ florentes, miſerè perturbatum & convulſum iri cernemus: Exiſtimo autem meam tibi benevolentiam, & fidem mediocribus teſtimoniis hactenus perſpectam fuiſſe, eamq́ deinceps etiam tibi ac tuis omnibus veris ac juſtis amicitiæ officiys declarare cupio. Quare bono & amico animo à me ſcribi hanc epiſtolam non dubitabis, cui occaſionem non tuæ ſolum, ſed etiam proximè D. Conradi Schl. & aliorum die 18. Februaryj ad me ſcriptæ literæ, dederunt, ex quibus cognoſco grave & triſtiſsimum certamen inter te & reliquum Eccleſiæ Miniſterium, coram Principum Commiſſaryjs jam exarſiſſe, & concionatores Lubecenſes, Dantiſcanos & noſtros, tuam loquendi formam improbantes, à te Sacramentarios publicè proclamari & nominatim dictata quædam D. Simonis repræhendi, ac in ſuſpitionem adduci noſtros, quod conſecrationem non neceſ-

neceſſariam & inutilem eſſe arbitrentur, Sermones etiam privatos & familiares cum amicis habitos, palam in judicio traduci & dictari intelligo.

Cum vero non audita utraq; parte, quidquam pronunciare injuſtum ſit, nec dubitem, te quædam à te dicta commodius interpretaturum eſſe: de ijs tantum capitibus, quæ in tuis ad me literis complexus es, pro conjunctione & amicitia noſtra candidè & fideliter conferre tecũ hoc tempore volui. Nam quod neceſsitatem publicè declarandi controverſiam Lubecenſem tibi allatam eſſe ſcribis, Ego certè cogitando aſſequi non poſſum, quæ neceſsitas, tantæ, tamq; copioſæ tragœdiæ in viſceribus Eccleſiæ noſtræ inflammandæ, adferri tibi potuerit.

Cum enim comminiſtros & collegas noſtros Theologos in Academia & Eccleſia Roſtochienſi omnes, tum de cæteris doctrinæ Chriſtianæ partibus, tum vero de cœna Domini piè ſentire & à Sacramentariorum falſis opinionibus alienos eſſe

ſciam: idq́ etiam confeſſio nuper commiſſarÿs exhibita liquido demonſtret.

Profectò non ipſis ſolum ſed toti Eccleſiæ, & veritati injuriam faciunt, qui in Sacramentarÿ dogmatis ſuſpitionẽ eos apud vulgus inducere nituntur. Nec v. ulla amplior feneſtra & Diabolo aptior ad prophanas Sacramentariorum opiniones in Eccleſias Saxoniæ invehendas, aperiri potuit, quam diſputatio à te ſine ulla & neceſſaria cauſa in gremio noſtræ Eccleſiæ mota: de qua haud dubiè Diaboli ac ipſorum organa in ſinu gaudent & triumphant.

Meminiſti, quanta contentione Commiſſarÿ Principum, qui Paſtoris munus tibi commendarunt (quos tu nec impios nec planè ſtolidos, nec quid in ea cauſa rectè & piè taceri aut dici publicè debuerit, non intelligentes, nec tibi inimicos judicare potes) à te flagitarint, ut omnem controverſiæ Lubecenſis & ipſius urbis Lubecæ mentionem in ſuggeſto omitteres.

Horum

Horum pijs & prudentibus monitis & fidelibus conſilijs te obtemperaſſe optarim. Ego etiam paullo ante diſceſſum pio animo amanter oravi, ut formam illam verborum qua te pro perſecutoribus tuis Lubecenſibus, precari intellexeram, non uſurpares. Et attrahi in noſtra auditoria contentionem, qua Lubecenſis Eccleſia miſerrimè perturbata erat, nolebam. Nunc quod avertere, & cavere cupiebam, quodq́ue futurum eſſe, in tui receptione, concionatores cæteri prædixerunt, accidit.

Id cum infectum reddi nequeat, proximum eſt, ut priusquam in immenſum flamma creſcat, & latius vagetur, incendium reſtinguatur.

Nec dubito Dominos Commiſſarios formam Concordiæ piam & Eccleſiæ neceſſariam vobis præſcripſiſſe. Mitto & Lutheri epiſtolam ad Wolfermum, tibi jam antea ſine dubio notiſſimam. Quæ & controverſiam inter te & cæteros concionatores, præſertim de regula uſitata:

Nihil eſt Sacramentum extra actionem, & uſum inſtitutum, piè dirimit, & verbis & ſententijs ejusmodi expreſſa eſt ut ad te tuosq́; collegas propriè & peculiariter ſcripta eſſe videatur.

Quod verò ad cardinem diſputationis attinet: An panis & vinum in cœna Domini, vi dictæ à Sacerdote conſecrationis, ſeu virtute verborum inſtitutionis à Sacerdote recitatorum, fiant, & ſint verum corpus & ſanguis Chriſti extra uſum, ſeu manducationem & bibitionem: Etſi certum eſt, Fidem noſtram ſtatuentem Chriſtum ſuo corpore & ſanguine in cœna præſentem eſſe ſolius Chriſti veracis & omnipotentis verbis, in cœnæ inſtitutione pronunciatis niti oportere, & verborum inſtitutionis recitationem quotieſcunque cœna celebratur, repetendam eſſe.

Tamen non ſtatim Sacramentarij proclamandi ſunt, qui cauſam præſentiæ corporis Chriſti, non in ſolo opere operato Sacerdotis ſolennia verba pronunciantis,

ciantis. Sed inſtitutione & ordinatione Chriſti teſtatoris collocant.

Sentio autem, ego ſicut & collegas noſtros in Eccleſia Roſtochienſi ſentire ſcio, conſecrationem, ut nominant, ſeu recitationem verborum inſtitutionis in adminiſtratione cœnæ, non inutilem nec ſupervacaneam, ſed planè neceſſariam eſſe. Verum an dictis verbis à conſecrante, virtute verborum, ſic immigret corpus Chriſti in panem, ut etiam extra uſum manducationis in pane infixum hæreat: de eo homines pij, docti, & ſani inter ſe verecundè & reverenter colloqui privatim poterant: non ad vulgus prophanum & imperitum inconſideratè declamitare debebant. Cumq́ pię menti ſatis ſit ex verbis inſtitutionis diſcere panem, qui mihi à miniſtro exhibetur, verum Chriſti corpus eſſe, quid opus eſt de pane in patella jacente, aut poſt ſumptionem reliquo diſputare? De timore Dei, de Pœnitentia vera, de fide in Chriſtum, De invocatione Dei, de obediẽtia erga Deum

parentes, magiſtratus, præceptores, de Temperantia, Caſtitate &c. aſſiduè erudiendi erant tui piſcatores, & molitores & ſcholaſtici: non inutilibus planè in noſtra eccleſia rectè de cœna Domini ſentiente, quæſtionibus & inanem ac prophanam ingeniorum curioſitatẽ magis quam veram pietatem alentibus, turbandi.

Hæc bono & ſimplici ſtudio tuendæ veritatis & pacis in Eccleſia & Academia noſtra ad te ſcribo. Nec impedio, quo minus de argutis, & nõ neceſſariis illis quæſtionibus, quod voles ſentias & cũ amicis privatim diſputes. Sed publicè ad imperitũ vulgus & juventutẽ ſcholaſticam, iſta quæ nec nobis ſatis perſpecta ſunt, nec tãti momenti, ſi perſpecta eſſent agitari, & Eccleſiam, Academiamq́ noſtram ſine ulla vera & neceſſaria cauſa pernicioſis & tragicis tumultibus involvi & peſſundari ex animo doleo. Nec dubito, te, quod bonum & beatum Eccleſiæ doctorem decet, juxta Pauli præceptum, deinceps, tantum doctrinam utilem & neceſſariam ad ædificatio-

ficationem veræ pietatis fidei, conſolationis & obedientiæ in auditoribus fideliter tradíturum, & inutiles ac ineptas quæſtiones, quæ lites generant, magis quam pietatem in Chriſto Ieſu, vitaturum eſſe.

Quod ſi omnino novum aliquid, & in noſtra Eccleſia inuſitatum tibi movere libet. Catecheſeos examen cum pueris inſtitue, quod & Deo gratum, & Eccleſiæ ſalutare erit, & ab omnibus piis & bonis grata mente & voce celebrabitur.

Poſtremò rurſus à te amanter peto, ut hanc epiſtolam amiciſſimo animo ſcriptam, amicè accipias, eademq; libertate & candore in tuis cogitationibus & ſententiis, de hac tota cauſa apud me explicandis, & me vel refutando, vel erudiendo vel monendo utare. Meliora ſunt enim vulnera diligentis quam ſuavia odientis. Benè vale.

EPISTOLA LIV.

Polycarpus Leyſer D. M. Conrado Schlüſſelburgio Chriſti ac veritatis miniſtro fideli.

Salutem in Domino.

R*Everende atq; Doctiſſime Domine Magiſter, Literas tuas accepi, ex iisq; piam tuam erga Veritatis doctrinam & Chriſti Eccleſiam affectionem, omnium commendatione & promotione dignam cognovi. Duo autem obſtant, quo minus è veſtigio petitioni tuæ apud nos ſatis fieri poſſit: quibus tamen quomodo occurri poſſit, breviter indicabo. Primum eſt quod publicis Academiæ noſtræ legibus cavetur, ne ſcriptum ullum, præſertim Theologicam, ſine Collegii ejusdem & quatuor Decanorum conſenſu typis evulgetur. Si vero ſcripta tua huc miſeris, eorumq; judicio ſubjeceris, nihil addubito, quin publicationem mox, maximè vero apud collegium Theologicum impetrare poſſimus. Alterum eſt quod nobis diſpiciendum erit de commodo aliquo Bibliopola, cujus impenſis ſcripta illa duo publicarentur. At noſtri homines, per expulſos iſtos Anti-Lutheranos Theologos ita ſunt ſeducti,*

ut

ut ægerrimè adduci ſe patiantur, quo ſuis impenſis & ſumptibus ſcripta contra Calvinianos evulgent. Hoc verò obſtaculum ea ratione removere poſſis; Si à D.D. Davide Chytræo literas impetrares ad hæredes D. Conradi Rûbelij, piæ memoriæ, quibus ipſe hunc laborem eis commendaret, atq; occaſionem nobiſcum ea de re conferendi præberet, tùm certò ſperarem fore ut non gravatim tibi & Eccleſiæ Dei hac in re gratificarentur. Ego quoque ſi meo hortatæ rem iſtam promovere potero, dabo operam ut intelligas ſtudium & voluntatem mihi non defuiſſe.

Benè vale in Chriſto Jeſu, qui S. ſuo ſpiritu tibi adſit, teq; clementer gubernet, Amen. Dabantur Witebergæ. Ult. Nov. 80.

EPISTOLA LV.
Alia ejuſdem.
Salutem in Domino.

QUòd non pridem ad literas tuas, vir venerande & doctiſſime, frater in Chriſto dilecte, reſpondi culpam in nemi-

nem quam aurigam noſtrum reijcere poſſum, qui me inſcio hinc ad vos diſceßit. Ne igitur iſtud ſilentium ægrius feras, peramanter rogo. Quoad poſtremas vero tuas literas, quas idem hic tabellarius mihi obtulit, video primarium earum ſtatum eſſe, quod conſilium noſtrum exquiris, num vocationem Antvverpiæ tibi oblatam ſequi debeas: Etſi verò certo ſciam, Roſtochij non deeſſe, qui ſalutari & pie conſilio te juvare poßint: tamen cum intelligam te eundem Domini ſpiritum ex pluribus loquentem & te animantem atque confirmantem audire cupere, ideo tuæ petitioni ſatisfacere volui. Communicata igitur cum collegis ſententia, te hortor, ne occaſionem iſtam tantam & tam amplam Chriſto colligendi oviculas negligas, certoq́ ſtatuas tibi hic, à Domino apertum eſſe oſtium, plurimum inſerviendi Eccleſiæ ipſius. Etſi enim tu judices Eccleſiam illam eruditos & exercitatos Theologos contra verſipelles & ποικιλομόρφες Calviniſtas requirere: ta-

re: ta-

re: tamen viciſſim cogites, unum ſimplicē Paphnutium, verbo Dei confirmatū, univerſo concilio doctorum Epiſcop: prævalere. Quod deinde ſuſpectum Catechiſmū attinet, opinor rem aliter ſe habere. Vidi n. ex proximis nundinis Francof: allatū Exemplar Catechiſmi Lutheri, Antvverpiæ cum Privil: Archid: Auſtriæ impreſſum. De exorciſmo non ſis ſollicitus, abrogatus eſt idem in pluribus Eccleſiis reformatis, Wirtenb: Palatinis, & quantum ego vidi etiam in Auſtria. Eſtq́, ut noviſti, ex numero ceremoniarum Eccleſiaſticarum, quæ ut ſunt ἀδιάφορα, ita ex libertate Chriſtiana bona conſcientia omitti poſſunt.

Confeſſio auricularis, etſi ut ait Aug: Confeſſ: Art. 11. ſit in Eccleſia retinenda, & cauſa additur in Apolog. propter rudes examinandos: tamen opinor, ſicubi illa ſublata eſt, ad tempus id tolerari poſſe, donec ſucceſſu temporis commodè & paulatim reducatur. Pericula denique quæ miniſtros illic fideliter laborantes circum-

circumſtant, non reformides, quia dubio procul multus ibidem eſt populus Domino, quem ut Chriſto noſtro lucrifacias, mille mortis pericula, te non abſterrere debent. Es enim in illius manu, qui non tantum dies vitæ tuæ & capillos capitis in numerato habet, nec ſine ipſius voluntate unum exiſtis decidet: ſed etiam cujus providentia ſeſe ad omnia quæ in orbe ſunt, extendit. Sis igitur animo forti & imperterrito, aderit tibi, qui te vocat JESUS, *qui fortior eſt, quam is qui in mundo tumultuatur. Neque illam conditionem, quæ ad unius ſaltem anni ſpatium tua ſervitia Eccleſiæ iſti addicere deberes, rejice: duntaxat animum illum ſimul afferas, quod Eccleſiam in periculo conſtitutam non deſerere velis. Tum enim anno elapſo, & Domini Spiritus, quem ipſe ſuis Ducem pollicitus eſt, & circumſtantiæ ipſæ te docebunt, quid bona conſcientia facere aut omittere poſsis, & quid cũ utilitate ſimul tua & Eccleſiæ ædificatione conjunctum ſit. Interim tamen, ſi tuo*

loco

loco eſſem, non negligerem, quin abſens quoq; reſtitutionem in hac Academia peterem & urgerem. Qua autem ratione id commode fieri poſſe exiſtimeris, lubens animum meum aperiam. Suaderem ut conſcriberes binos libellos ſupplices obſignatos, unum ad Illuſtriſ. Electorem, alterum ad ejusdem Celſ. Synodum poſt feſtum Paſcatis Dreſdæ congregandam, in quibus breviter narrares hiſtoriam tuæ ejectionis, (quæ ante hæc tempora mihi penitus fuit incognita) addito tamen illo libello in quo eandem complexus es, & petas reſtitutionem. Libellum autem addas Supplicationi ad Electorem miſſæ, altera ſupplicatione ſeorſim relicta. His ita paratis omnia ad me mittas, tum juvante Domino, in Synodo proxima negotium tuum procurabo ipſe præſens, nec dubito quin eo rem univerſam deducere poſſim ut cum tuo honore & commodo ſit conjuncta. Ut enim alijs ad aulam iſta mittas & credas, conſulere non poſſum: cum ipſe neminem fere ibi habeam,

habeam, cui tutò fidere auſim. Hactenus enim ipſi quoque aulici concionatores, propter D. Jacobum (cui tamen ante diſceſſum ſunt reconciliati) mei fuere adverſarij, quid porrò futurum ſit ignoro.

Collectanea tua de Calviniſtarū Theologia per aurigam remittam. Etſi n. cum noſtro M. Sagittario (qui ſolus eum laborem inſpexit) admodum iſta probem, mihiq; ipſi certas ob cauſas ejusmodi exemplar optem: tamen quia materia eſt noſtris Bibliopolis minus favorabilis, adhæc ſatis magnum volumen ſint confectura, vix video, quænam ſpes impreſſionis hîc nobis affulgere poſſit. Noſtri enim Bibliopolæ omnes unico quæſtui inhiant, & ferè eos ſaltem libros ſuis ſumptibus imprimi curant, qui intra ſemeſtre diſtrahantur, ut mox præſentem rurſus habeant pecuniam. Si verò iſta omnia in compendium redigi poſſent; tum facilius apud ipſos id quod quærimus obtinere poſſemus.

Hæc

Hæc ad tuas literas, heri ſub veſperam allatas, hodiè reſpondere volui, ne cum deſiderio diutius reſponſum expectare cogereris. Reliqua quæ petiiſti cum auriga ſubſequentur. Benè vale in Chriſto JESU *qui S. ſuo Spiritu tibi aſſit, & vocationem tuam ad ſui nominis gloriam & Eccleſiæ ædificationem dirigat. Saluta meis verbis officiose D. D. Chytræum. D. Simonem Paulli. D. Backmeiſterum. D. Godelmannum & M. Calenium. Dabantur 8. Febr. Anno 81.*

E P I S T O L A L X V I I I.

Alia ejuſdem.

Salutem in Domino.

N*Ibil addubito, venerande atque Doctiſſime Domine Amice & frater in Chriſto honorande, quin magno deſiderio meas expectes literas, ac proinde libenter maturius tibi reſpondiſſem, niſi tua Epiſtola, eo ipſo tempore oblata fuiſſet, quo ad Synodum mihi eundum erat, nec ad ſcribendum vacabat.*

Nunc

Nunc domum reverſus aliò trahor: nē tamen deſiderium tuum nimis diu ſuſpē-dam, re cum collegis deliberata, ex itinere ad te ſcribere, tibiq; & ipſorũ & meum animum aperire volui. Cauſas, ob quas te cum reliquis Auguſtanæ Confeſſionis concionatoribus Antvverpia diſceſſiſſe ſcribis, expendimus: eas tamen (quod tua pace ſcriptum velim) tanti ponderis non fuiſſe exiſtimamus, ut propterea Eccleſias illas, ope veſtra & conſilio indigentes, deſerere debueritis. Et arbitrantur quidam viri boni apud nos, vobis citius inde cedendum non fuiſſe, quam adverſaria pars vi vos abegiſſet. Verum, quia factum accuſando corrigi non poteſt, & Deus errores quoq; conſiliorum inter ſuos regit, ipſius bonitati hæc committimus, qui Eccleſiæ ipſius miſeræ & afflictæ Paſtor & gubernator futurus eſt.

De quæſtionibus propoſitis, quarum prima fuit, utrum liceret, noſtræ confeſſionis hominibus infantes ſuos baptizandos offerre Sacramentariis, cum ſinceræ religio-

religionis miniſtros aut non habeant, aut eos gravi interdicto prohibeantur, ſic cẽſent Collegæ. Cum Sacramentarij, quoad Subſtantialia hujus Sacramenti, nobiscum ſentiant, ceremonias quoq; illas partim ſuperſtitioſas partim ineptas omittant, verbis denique à Chriſto inſtitutis perfectè utantur, pacis & tranquillitatis publicæ ergò, id ſic ſtantibus rebus fieri poſſe. Ita tamen ut proteſtationem illam apertè & liberè addant, ſe propterea Sacramentariorum errores non approbare, ſed toto pectore averſari. Neq; n. (quod ego ſciam) noſtri Doctores hactenus baptiſmum Calvinianorum, ſed eorum actionem myſticam improbarunt & oppugnarunt. Altera quæſtio, utrum ab iiſdem benedictionem in matrimonio ineũdo, & (ut vulgò vocant) Copulationem petere liceat, minus habet difficultatis. Cum enim, ut Lutherus ipſe quoq; teſtatur, nuptiæ maxima ex parte ſunt res politicæ, & benedictio non à Perſona Miniſtri, ſed ex Dei verbo ſemel pronunciato,

V quod

quod illi quoq; repetunt, dependeat, non magnopere referre exiſtimamus, neque matrimonio obeſſe, ſi ab iſtis eam petant. Joſephus cum beata Virgine Maria non tantum à S. Simeone, ſed & à profligatæ fidei Sacerdotibus benedictionem petierunt & acceperunt. Furioſos autem ſtatuimus eos eſſe, qui vel infantes ſuos abſque baptiſmo propterea decedere patiuntur, cum iſti non in nomen Cinglij vel Calvini, ſed CHRISTI baptizent; vel abſque legitima copulatione cohabitant, quæ vita non hominum, ſed pecudum eſſe videtur.

De juramento autem fidelitatis Alanzonio præſtando, quid ſtatuendum ſit, nos equidem, ut ingenuè quod res eſt fatear, non videmus. Pertinet ea quæſtio propriè ad Juriſconſultos, ſicuti ſcimus eam olim quoque eò à noſtris præceptoribus remiſſam eſſe, cum contra aureæ bullæ ſanctionem Romanorum Rex Ferdinandus eligeretur. Nobis quoque non conſtat, quænam hactenus Reipubl.

forma

Digitized by Google

ſorma fuerit in Belgio; & utrum ſtatibus conceſſum ſit, libera electione renunciare magiſtratum, an ve hereditarios ſuos habuerint Dominos.

De quibus inquam, cum nos ſimus incerti, & tamen maximi ponderis ea & ſimilia eſſe ſciamus, malumus prorſus tacere quam inconſiderate reſpondere. Privatarum tuarum rerum conſiderationem ſuſcepimus accuratam & diligentem, & ex Actis atq; alijs indicijs cognovimus, te tantum ob Flacianismum (cum jus tunc accuſabantur omnes, qui Calvinianas techna Viteb: improbabant) relegatum in perpetuam & excluſum eſſe. Quæ acta iſtorum Theologorum nequam, cum dudum ſint reſciſſa, ſimul & relegatio iſta eſt annihilata, ac ea propter ſi maximè ad nos accederes, inſalutatis alijs, non video quid ſubeſſet periculi. Attamen nè cui ſimus offendiculo abſque cauſa, ſuademus ut brevi Epiſtolio ad Rectorem & Senatum Academiæ noſtræ miſſo, reſtitutionem petas.

Nec dubium eſt, quin hac ratione facilè eam impetrare poſſis. Aut enim jam diſceſſerunt, aut melius ſunt inſtituti, qui tum temporis confeſſiones puritatem ferre non poterant. Poteris tamen in iſtis tuis literis nominatim mentionem facere libri Concordiæ, atq; diſertè affirmare te Confeſſionis iſtius ſocium eſſe. Literæ quoq; in univerſum ſint breves, quia negotium ex actis poterit eſſe ſatis notum. Hæc ad tuas illas proximas reſpondere volui, & licet tardius fortaſſis veniat reſponſio, tamen ut arbitror ſatis erit grata. Et quæ porrò in tui honorem facere potero, in ijs me promptum quovis tempore habebis. Benè vale in Chriſto. Dabantur Aſcaniæ. 20. Dec. Anno 82.

T.

Polycarpus Leiſerus D.

EPISTOLA LXXVII.

Alia ejuſdem.

Salutem in Domino.

R*Everende atq; doctiſſime vir, amice & frater in Chriſto honorande. Confecimus*

ſecimus tandem apud Academiam noſtram negotium tuum; idq́ longè ſelicius, quã & nos ſperaveramus, & tu petieras. Exiſtimo igitur moram & tarditatem noſtram, ſatis compenſatum eſſe. Tu utere hoc tuo teſtimonio feliciter, & te in integrum reſtitutum eſſe gaude. Initiò conſtitueramus tibi tantum Collegij noſtri teſtimonium communicare; ut ex adjecto exemplari cognoſces: Verum poſtea placuit denuò publicè tuam cauſam agere, quod & optimè ſucceſsit. Si autem gratum eſt tibi hoc teſtimonium tuæ reſtitutionis, tum inprimis gratias agas D. D. Teubero, qui & illud in hanc formam redegit, & rationibus ſuis quas in jure ſundatas produxit, tandem reliquis perſuaſit, ut in reſtitutionem cõſentirent. Quidam enim hac diſtinctione utebantur, Man könne einen wol außſöhnen laſſen/ aber nicht *reſtituiren. Nos vero judicavimus hanc reconciliationem abſq́ reſtitutione frigidam eſſe umbram. Plura ſcribere non valeo, quia ex hodierni diei,*

 quo

quo exequias Illuſtriſſimi Auguſti celebravimus, laboribus ſum defatigatus: nec tabellarium, qui jam ante octiduum integrum expectavit, diutius detinendum duxi. Benè vale, & Collegas tuos ſaluta. Dabantur 27. Februarij Anno 1586.

T.

Polycarpus Leiſerus D.

Alia ejuſdem.

EPISTOLA LXXX.

Salutem in Domino.

Reverende vir, Literas tuas accepimus, & legimus, cumq́; occupationes non permittant, ut ſimus verboſi, breviter ego reſpondebo.

Ex conſiſtorij noſtri ſententia cognoſcet Mercator ille veſter, quid bona cum conſcientia facere, quidve omittere poſſit. Quod ſi noſtrum conſilium admiſerit, nullos conſcientiæ ſtimulos ſentiet, licet fortaſſis carnis cupiditates refragrari poſſint. Deus ipſos regat Spiritu ſuo S.

ut

ut id facere cupiant, quod beneplacitum in oculis ejus eſſe audiunt. Inter nos & Anbaldinos nullã adhuc ſocietas, nulla communio: imò ne tentata quidem. Judiciæ eſſe poſſent, cum illi ad tempus quieſcere videantur, ſed quamdiu id facturi ſint ignoramus D. Peucerus Deſſaviæ aliàs degit, jam ad paucas ſeptimanas Budiſſinum abiji rerum ſuarum conficiendarum cauſa. Cæteroquin vivit quietus, quantum audio, nec ullis ſe immiſcet turbis. De Colloq. Mompelg. vos dubio procul jã reſciviſtis. Actum de cœna Domini, Perſona Chriſti, Baptiſmo, Prædeſtinatione, & Imaginib. de quibus ſolis convenit inter partes. Beza colloquium maturè voluit abrumpere. Et licet in ſuis opinionibus perſeveret: nihilominus dextram fraternitatis obtulit D. D. Jacobo, quam hic acceptare noluit. Princeps tamen Fridericus in vera ſententia, de qua publicè teſtatus eſt, abundè confirmatus; qui fructus ſane colloquij ſalutaris & uberrimus fuit.

De Bibliopolis noſtris nihil polliceri poſſumus, laboravimus hactenus, ut aliquot Tubingenſium ſcripta reciperent, ſed fruſtra. Cogimur igitur ipſorum pertinaciæ cedere. Vocavi ad me Joannem Treymannum, verum quia me non acceſſit, nihil de progreſſu ipſius ſtudiorum ſcribere poſſum, curabo tamen ut id aliâ occaſione à me fiat. Interim te cum Collegis benè valere cupio, quos & omnes unà cum Cancellario veſtro reſaluta. Dabuntur. Witebergæ 10. Junij anno 1586.

T. Polycarpus Leiſerus D.

EPISTOLA LXXXI.

Alia ejuſdem.

S.

F*Elixq; anni auſpicium in Chriſto Jeſu toto pectore precor. Quod noſtras cõmonefactiones de labore tuo ſanè perquam utili, tam placidè & amicè excepiſti, Vir Reverende, amice & frater in Chriſto dilecte, non mediocriter nos recreavit. Debet quidem (Paulo teſte) Spiritus Prophetarum, Prophetis eſſe ſubjectus;*

ctus: ſed quotus quiſq́; quæſo noſtra ætate id facit? Quare cum tu noſtris monitis, & ſincero & candido pectore prolatis, locum dederis, omninò nos eò arctius tibi devinxiſti. Qua de cauſa etiam parati ſumus diſpicere de homine idoneo, cui tutò reviſio totius operis committi poſſit. Tantùm quia nuper auriga exemplar tuum hinc avexit, des operam, ut ſatis maturè nobis rurſus aſſeratur. Poteris etiam adjungere tranſumptum de literis meis proximis, in eum finem, ut illas monitiones in conſpectu habere poſſit, quisquis à nobis ad perfectionem illius operis adhibitus fuerit.

Conciones illas duas, quas nuper huc miſiſti, noſtrorum typis deſcriptas recipies. Maturavimus univerſum negotium ita, ut putem, te inde de noſtra voluntate judicium ſumere poſſe. Pro.12. Vallenſibus mittit typographus 452. Exemplaria: Et adjecturus eſt alia centum, verum ea conditione ut tribus alijs Vallenſibus redimantur. Quod nihil de noſtro

adjecimus, Dominus Cancellarius & ego, ideò factum, quia in aula illa prorſus ignoti ſumus, & proinde ignoramus, an conſolatoria aliqua noſtra grata & accepta eſſe poſſint. Condolemus, & quidem meritò Principi optimo: ſed ſperamus DEUM, qui eſt Pater omnis conſolationis, efficacius ipſum conſolaturum Spiritu ſuo Sancto quam nos id facere poſſimus verbis. Ut verò Poetam noſtrum exoraremus ad carmen aliquod conſiciendum, hac vice non conſultum nobis viſum eſt. Ejusque rei rationes habemus uſque adeò juſtas & graves, ut ſi eas tibi aperirem, ipſe probaturus eſſes.

Sint hæ conciones hic impreſſæ tibi quaſi teſtimonium aliquod tuæ reſtitutionis, Quam niſi nuper impetraſſes, fortaſſis nunquam in poſterum (prout nunc videntur ingruere tempora) impetraturus eſſes. Vehementer metuo ne jam ali qui videantur ſibi regnare, qui cupiant rem omnem eò adducere, ubi fuerat eo tempore, quo tu hinc relegatus es.

Certè

Certè ſic omnia videntur conſtituta: ut Angeli pacis amarè fleant. Sed Dominus Rex noſter: ipſe ſalvabit nos. Tu tamen & alÿ pÿ precibus nos juvabitis, ut DEUS nos, quibus in prima acie ſtandum erit, Spiritu roboris & fortitudinis induat, & Satanam ſub pedibus piorum conterat.

Cum Domini conſulis veſtri filius nunquam ad nos veniat, neque etiam ad ſtudia hortari, neque de iis teſtimonium ferre poſſumus. Fateor tamen nuper à me erratum, quod ipſius literas tabellioni jam Tradideram, antequam tuas legiſſemus: alioquin ea occaſione ipſum ad me pertraxiſſem. Curabo autem ut in poſterum fiat.

Pro tranſmiſſis honorariis tum Dominus Cancellarius tum ego ſummas agimus gratias. Æquum eſſet ut nos viciſſim reipſa gratos exhiberemus, ſed quod jam non fit, curabimus, ut alia occaſione non negligatur. Sunt deliciæ Saxonicæ, quas ante decennium non curaſſem.

Sed

Sed ab eo tempore ventriculum meum aſſuefeci, ut ipſe Saxonicè vivat. Sanè intra hoc tempus multa digerere addidici, quæ ſtomacho meo initio minus erant grata. Verum DEO ſit laus, qui hactenus me conſervavit: Idem in poſterum nobis nō defuturus eſt. Cui te cū tuis ex animo commendo. Salutem adſcribo nomine omnium Collegarum. Witebergæ Cal. Jan. Anno 87.

T. ex animo
Polycarpus Lyſerus D.

EPISTOLA LXXXIX.

Alia ejuſdem.

Salutem in Domiuo.

REverende vir, amice & frater in Chriſto honorande. Tabellarius tuus reverſus eſt tempore minus oportuno, cùm ſcilicet meditanda concione jamjam habenda, occupatus eſſem. Iccircò in reſpondendo ero brevior. Theologiam tuam Calvinianam etiamnum mecum habeo, quam cum Witeberga diſcederem, Collegis ſic ſuaden-

ſuadentibus, ad me receperam. De ea varias hactenus ſuſcepi cogitationes, prout varia etiam propter imminentes mutationes vel metuenda vel ſperanda ſunt. Ita ut ſummam mearum cogitationum nondum conficere potuerim. Quia v. ex literis tuis intelligo, facilè fieri poſſe, ut intra breve temporis ſpatium huc transeas, qua occaſione plenè tecum de univerſo hoc negotio deliberare poſſem: Ideò conſtitui me tamdiu libros illos mecum retinere velle, quodcunq; tunc ex re Eccleſiæ eſſe poſſe viſum fuerit, illud exequi ſtudebimus. Quid tandem ex Witeberga futurum ſit, anxiè adhuc expectamus. Ob Electoris zelum meritò optima ſperaremus: Sed multarum vulpecularum machinationes me movent ut metuam peſſima. Et quia periculoſum eſt hac de re præmatura dare judicia, noſtrum fuerit diligenter Deum orare ut Eccleſiæ ſuæ miſereatur, & in illo loco, ex quo puritas doctrinæ hiſce noviſſimis temporib. progreſſa eſt, ſemen quoq; ſanctum conſervet.

Certe

Digitized by Google

Certè extrema ſunt tempora, & noviſſimum Chriſti adventum eò propius imminere etiam ex illo colligimus, quod infidelitas Calvinianorum paſſim tantopere creſcit. Sic nimium implebitur ſermo Chriſti: Putasnè quando Filius hominis venerit, eum fidem inventurum in his terris? Faxit DEUS ut nos intrepidè propediem coram ipſius tribunali compareamus, & per ipſum in gaudium Domini noſtri introducamur, Amen. Benè vale. Dabantur 22. Martij Anno 1588.

T. in Domino
Polycarpus Leiſerus D.

Alia ejuſdem.

EPISTOLA XCII.

Salutem in Domino.

EXpectatus ſanè nobis fuiſſet tuus adventus, vir Reverende, amice & frater in Chriſto dilectè. Jam enim decreveram, me curaturum ut poſt tuum reditum ad nos, una tecum, Doctorem

Joan-

Joannem Hermannum & Dominum Joannem Schraderum, quorum utrumque tui amantiſſimum eſſe cognovi, & alios quoſdam communes amicos mecum habere poſſem, quo mutuis colloquiis nos invicem recrearemus.

Verum quia DEO aliter viſum eſt, in ipſius quoque voluntate acquieſco, & tibi de incolumi ad tuos reditu gratulor. Theologiam quidem tuam Calvinianam in manus ſumpſeram revidendam; ſed ut rurſus deponerem, partim turba ab hæredibus Weſenbeccianis data, partim controverſia noſtra Eccleſiaſtica me permovit.

Quæ certè longè plus moleſtiarum & mihi & reliquis fratribus rectè ſentientibus creavit, quam quiſpiam unquam vel ſomniare potuiſſet. Manifeſta vidimus veſtigia Satanæ, & publicam reformatam Eccleſiarum, & privatam noſtram Comœdiam oppugnantis.

Adeoq;

Adeoq; ſunt graviora mala noſtra, quàm ut alios noviſſe velim. Nondum enim hoc negotium noſtrum eſt compoſitum, & fortaſſis jam non tam culpa Hedenrichi quam aliorum. Siquidem revera etiam per hanc actionem multorum hominum cogitationes ſunt manifeſtatæ. Ego patienter expecto καταστροφὴν fabulæ, quæ qualis qualis ſit futura, paratus ſum pro defendenda gloria & majeſtate Filij hominis eam ſuſtinere. Interim tibi ago gratias, qui pro tuenda innocentia mea, & qualicunq; nominis mei exiſtimatione etiam laboraris. Conabor eſſe gratus. Ad quod ego præſtare nequeo, Dominus rependet. Neſcio quo fato ego premar, vix abſum, quin cum Jeremia exclamem: Væ mihi mater mea: quare genuiſti me virum rixæ, virum diſcordiæ in univerſa terra? Deus novit, me ex animo pacem diligere, pacem quærere, pacem perſequi. Pacis cauſa, multa etiam cum jactura meæ famæ hactenus ſuſtinui. Pacis & tranquillitatis cauſa Witebergam

me

ne Brunſuigam contuli; ſed ecce dum pacem quæro, in medias turbas præcipitor. Sed fiat voluntas Domini, cui ſi placuerint viæ viri inimici convertemur ad pacem. Cumq; videam me pacem fruſtra venari, in poſterum etiam quietem & pacem abrumpam, & per meam hiſtoriam JESUITIS, per tuam vere Theologiam, quam ſedatis turbis noſtris rurſus in manus ſumam, nec deponam, usq; dum abſolvero, Calviniſtis bellum indicam, expectaturus, quid Dominus per illas decertationes operari velit. Fortaſſis ubi res mihi fuerit cum exteris, noſtri (ſi modo noſtri dici poſſunt, qui in eadem navi navigantes, eam perforare & ſibi atq; aliis exitium advocare conantur) me miſſum facient.

Stolidum admodum eſt propoſitum conſanguineorum illius Naogeorgi, quod prohibendo ne homines de tragico ipſius exitu loquantur, ipſum etiam judicio Dei ſubtrahi poſſe, exiſtimant. Experientur in hoc etiam caſu locum habere illud Evangelij:

 angelij:

angelij: quo plus prohibebant, eo plus divulgabatur. Et cum ipſum beatum pronuncient, quæſo quæ τεκμήρια vel ſaltem credibilia indicia beatitudinis illius & felicis ac fidelis ex hac vita exitus proferunt? Certè ſi impetrarint, ut homines taceant, lapides loquantur. Ego fateor, me ejus quoq; in lectione publica mentionem feciſſe, & auditores meos cum à Calviniſmo tum miris practicis, multisquè JC. impoſturis dehortatum fuiſſe.

Quia tamen eſt modus in rebus, & certi ſunt cuivis rei fines, experientia etiam uſus eſt homines nonnunquam potius obtundi quam informari ſuperflua unius ejusdemq; rei iteratione: Ideò fortaſſis non inconſultum erit ad tempus, poſteaquam ſemel feciſti officium veſtrũ monendo quieſcere. Progreſſu temporis abſq; dubio Deus occaſiones monſtrabit, quibus id quòd ad tempus intermittitur, tanto majori cum fructu auditorũ rurſus in proſcenium produci poterit.

Wit-

Witebergæ adhuc omnia in priſtino ſunt ſtatu, præterquam, quod 2. Auguſti Poeta alaſtor inde diſcedere, & Pirnam ſe conferre coactus fuit. Benè vale. Salutat te conjux. Dabantur 10. Auguſti Anno 88.

T. in Domino
Polycarpus Leiſerus D.

Alia ejuſdem.

EPISTOLA XCV.

Salutem in Domino.

REverende vir, ex tuis, quas heſternâ die accepi, literis intelligo, te pro Theologia tua Calviniſtica ſolicitum eſſe, & maturè Spieſſio tranſmittatur, eiq́; ſignificetur, quo uno eodemq́; tempore tota publicentur. Verum ſecuro te animo eſſe jubeo. Etenim, juvante Deo, ad hunc mercatum primam ad ipſum mittam partem, quam jam revidendo abſolviſſem, niſi catecheticæ conciones extra ordinariè jam mihi habendæ eſſent. Reliquas multò citius ſubmittam, quam ut prima vel dimidia ex parte excudendo abſolvi poſſit.

At verò de his fortaſsis propediem, ubì vocaverit plura. D. Selneccerus adhuc Lipſiæ verſatur, ſed quantum audio in cathedram non admittitur. Quid vel tandem eventurum ſit, DEUS novit. D. Jacobus, Hoffmanno quidem reſpondit, & ut audio ſatis maſcule & nervoſe, verum videre non licuit. Reſponſum tamen Wolfferbuti Duci Julic ab ipſò D. Jacobo transmiſſum eſſe, ſat certò novi. Petiiſti meum judicium non ita pridem in binis epiſtolis, de Domini Doctoris Wigandi tractata, de omnipræſenti dominio Chriſti: Atqui mihi nunquam licuit illud ſcriptum inſpicere: ac proinde de eo judicare nequeo. Optarim a. mihi abs te ſignificari, utrum impreſſum illud eſſet, nec ne, quo id comparare poſſem, aut ſi manuſcriptum illud tecum haberes, ut mecum cōmunicares. Id quod viciſsim meis officiis compenſare ſtuderem. Benè vale. Dabantur 21. Febr. an: 1589.

T. in Domino
Polycarpus Leiſerus D.

Alia

Digitized by Google

Alia ejuſdem.

EPISTOLA C.

Salutem in Domino.

QUi ſit; Reverende mi vir frater & amice dilecte, quod plerumq́ꝫ tuæ literæ mihi offeruntur, ſi vel ad cōcionem vel in lectionem mihi abeundum eſt, nec expectare volunt tabelliones? Quapropter ſi reſpondendo non ſatisfaciam, habebis me excuſatum. Grata eſt mihi voluntas ampliſſimi veſtri D. Conſulis, grata & tua, qua hoſpitalitatis & humanitatis officia mihi exhibere voluiſſetis, niſi tantopere properaſſem. Illam & prædicare & rependere oblata occaſione ſtudebo. Utcunq́ꝫ tamen feſtinarim, nihilominus ſatis benevolētiæ mihi exhibitum eſt, à veſtro Reverendo Domino Superintendente & tuo Collega, plus profectò, quam ipſe expectaſſem.

Qua de cauſa etiam me ad quævis humanitatis ſtudia & officia quovis tempore promptum & paratum habebunt. Quod ſi alio tempore ad vos venero, cu-

rabo ut unam aut alteram diem ſubſiſtam & reſarciam id quod nunc feſtinatio neglectum eſt. Denn Wißmar noch wol eines Tageswerth iſt. De negotio inter Hofmannum & me fortaſsis alio tempore plura. Doleo, quod non cum veſtro Domino Superintendente ſummam hujus negotii communicarim. Excuſabis me ipſi, volebam id differre in reditum, ſed præter opinionẽ Witebergam excurrendum erat. Non autem dubito quin propediem optatam occaſionem habituri ſimus, de his ſufficienter conferendi. Quoad D. Jacobum ſpero baſiæ nundinas Francofurdenſes nobis certi quid allaturas, & deſiderio bonorum ſatisfacturas. De Spieſſio rectè mones. Indiget is calcaribus & ſtimulis, quos ego acriter ipſi ſum adhibiturus. Witebergenſes cives etiam boni ſunt Lutherani, Profeſſores plerique Calviniſmo, ſeu Φιλιππιſmo addicti. Reliqui num incerti, quonam Elector adhuc ſe ſit converſurus, cujus nutum ipſi abſque dubio ſequentur.

quentur. Selneccerus Lipſia nec abire poteſt, nec tutò illic commoratur. Privatam agit vitam, ab omnibus derelictus maſculo cum animo præditus. Hækelus dudum diſceſſit compendiaria aliqua via hinc in Boruſſiam. Benè vale. D. Superintendentem & collegam meis verbis reverenter ſaluta. 14. Sept. Anno 1589.

T. in Domino
Polycarpus Leiſerus D.

EPISTOLA LXI.
Ad Conradum Schlüſſelburgium.

S. D.

GRatia & pax à DEO patre in, per, & propter JESUM Chriſtum Dominum noſtrum. Clariſſime & chariſſime vir, amice colende, &c. Literas tuas mi Domine Magiſter acceptas, aliquoties mecum examinatas volvi atque revolvi, & præcipuè quod V. R. meminit penuriæ hominum belgicum idioma ſonantium, atq; etiam, ſi theologicum

ſtudium perſequi animo ſedeat, mei vocationis per viros deputatos &c. Belgicũ utiq; idioma utpote patriũ & genuinum ſecundum Divinæ gratiæ modulum ſatis ſono commodè, atq; in eodem vel oratione ſoluta vel ligata quam illic Refereinen, hic a Rimen nominant poſtremas non tuli. Verum arduus ille nodus de vocatione omnibusq; in ea conſiderandis notis, & verba Epiſtolæ Apoſtolorum & Seniorũ, Act. 15. Nimirum: Placuit nobis collectis in unum eligere viros & mittere ad vos cum cariſſimis noſtris Barnaba & Paulo hominibus, qui tradiderunt animas ſuas pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, me ita perplexum & cogitabundum reddunt, ut nihil pronunciare hac in re auſim. Eodem capite 15. Act. inquit Jacobus ad Eccleſiam ſuper ejusmodi ferè cauſis congregatam: Notum à ſeculo eſt Domino opus ſuum: Item currebant & non mittebam eos: Et noſtis in meſſem Domini extrudendos operarios, quod Spiritus S. opus puto ſingulare. Verum quia in Poetis quam

quam Prophetis forſan ſum verſatior, de hac graviſſima re impræſentiarum latius non diſſero. Accedit ad hoc etſi totũ, quod triſtiſſima quædam iſthinc neſcio an verè nuncientur; Principem nimirũ ipſum, fidei etiam politicæ deſperatæ eſſe & malitioſæ, & ſuam ipſius civitatem primariam (horreſco referens) prodidiſſe, quod conſulẽ paucis diebus ante ipſum de Capitanei fide ſuſpecta admonentem cum ſtomacho rejecerit, & filium Mauritium triduo ante vaſtationem inde extrahi curaverit, & alia id genus plura, quæ maximè audio invitus, & falſum magno optem pectore, etiamſi ſciam id hanc mundi aleam eſſe quaſi propriam. Et Chriſtum Eccleſiam ſuam etiam inter atrociſſimos armorum fremitus, & Diaboli conatus doloſiſſimos nullo negotio ſervare poſſe.

Quin & hoc adfertur Calviniani dogmatis aſſeclas totos in hoc incumbere, ut confeſſionem, quam vocant Auguſtanam, toto Belgico prorſus exturbẽt, quod

etiam factu illis minimè puto difficile, niſi humanas illas tumidas, ne dicam factioſas vires DEUS aliquis ἀπὸ μηχανῆς *repreſſerit. Utinam illud, initio parcius & prudentius circumſpectius ve, uti tunc Domino à Bredenrode auctor eram, tractaſſent, Næ illi pacatius, (meo quidem infirmo judicio) & fructuoſius Eccleſiæ meſſem curaſſent, collegiſſentq́. Nam etiam iſtum errorem, quo infecti ſunt, de baptiſmo & hereditaria labis reatu, etſi quiplures ſunt, aliquot conventibus hominum piorum invocatione Spiritus Sancti ſeriò adhibita ſanari potuiſſe poſt, crediderim. Verbis Chriſti ſimpliciter credendum, nitendum & inſiſtendum, quibus ille in prima inſtitutione uſus eſt fuiſſe exiſtimabam. Et de Cœnæ Dominicæ uſu, fine, cauſis, fructu & id genus alijs diligentiſſimè homines præmonendos informandosque arbitrabar. Quanquam enim nos rumpamus argutis diſtinctiunculis & interpretationibus quibuscunque, ſemper*

ad

ad verba inſtitutionis poſt omnes verborum anfractus diverticula rixas & pugnas, exemplo D. Pauli, recurrendum eſt, 1. Corinth. 11. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis &c. De hac graviſſima re an malè omnino pro eo ſeculo imo & hoc & futuro, Eraſmus ſit commentatus in Epiſtola quadam ad Joannem Schlechtam Bohemum judicent in ſacra pagina me verſatiores, mihi non omninò diſplicent: Suum etiam cuique judicium eſto: Sic autem Eraſmus: Quod ſi qui volent circa naturam Divinam aut circa hypòſtaſin Chriſti aut ſacramenta quædam abſtruſiora rimari, quo magis attollant mentem in ſublime, & à rebus humilioribus abducant, hactenus liceat, ut non ſtatim quod huic aut illi viſum fuerit, cogantur omnes profiteri. Quemadmodum ex loquacibus Syngraphis citius naſcitur controverſia, ſic ex pluribus definitionibus naſcitur diffidentia. Neque pudeat nos ad quædam reſpondere.

Deus

Deus novit, quomodo id fiat, mihi ſatis eſt quod credo fieri. Scio Chriſti corpus & ſanguinem purum, purè, à puris eſſe ſumendum, qui hoc ſacroſanctum ſignum ac pignus eſſe voluit, & ſuæ erga nos charitatis, & Chriſtianorum inter ipſos concordiæ. Excutiam igitur meipsũ, num quid ſit, in quo mihi male conveniat cum Chriſto, num quid ſit cum proximo diſsidij. Cæterum quomodo illic ſint decem prædicamenta & quomodo transſubſtantietur panis verbis myſticis, & quomodo corpus idem eſſe poſsit ſub tantilla ſpecie ac diverſis locis, meo judicio, haud multum conducit ad profectum pietatis. Hactenus Eraſmus, de cujus ſuper hac graviſsima cauſa judicio, plura cogitare, quam ὀε.κῶς pronunciare malim. Sed ut eò redeat, unde digreſſa eſt oratio, de vocationis ad gregem Chriſti verbo nutriendum notis & myſterijs abſtruſioribus, & de Eccleſiarum ac reipub. iſtic ſtatu ex vobis cognoſcere prius aveo, dein ex tempore conſiliũ. Si quid prodeat

novẽ

novi vel typis vel ſcripto comprehenſum quod relligionem vel bellum ſpectat Belgicum, aut factiones Hiſpanicas, Gallicas aut Anglicas, quæſo vel ſaltem præcipua capita breviter deſcripta tranſmittere non ſit grave. Ego viciſſim, ſi quid vel ex bello Livonico aut aliundè adferatur, labores laboribus & nova novis compenſavero. Jam autem nihil aliud habemus, niſi Moſchum per legatos multa fuiſſe pollicitum, ſed Polonum frequenti ipſius perfidia edoctum, exercitum non ſolum non dimiſiſſe quod Moſchus urgebat, ſed longè numeroſiorem & ab omnibus firmiorem inſtructioremq́; tertio ante Joannis in Moſchoviam duxiſſe, quid temporis ſucceſſus futurum ſit, audiemus. Longum & feliciter valeto cum conjuge, quam audivi poſt etiam iſtuc profectam, atq́; cum tota Eccleſia quam Filius DEI *adverſus omnes Diaboli naſſas & inſidias tueatur toto pectore oro. Raptim Lubecæ Kal. Aug. Anno 1581.*

T. T. N. N.

Bene-

EPISTOLA LXXXVIII.

Benedictus Morgenſtern, P. R. ad eundem.

Salus in Domino Jeſu.

Clariſſime & venerande vir Compater chariſſime. Etſi nil niſi triſtiſſima ſcribere licet: tamen ea in tuum ſinum ſunt ejicienda, ut nobiſcum pro Eccleſia & Reip. periculoſiſſimo ſtatu tanto ardentius orare poſſis. Electio Warſetromenſis nobis duos Reges dedit. Sueciæ Regis Filius 9. Decembr. Cracoviam venit & 27. ejusdem menſis juxta novos factos ibidem coronatus eſt. Maximilianus re nulla memorabili ad Cracoviam geſta receſſit ab urbe. Alter alterius electionem reprehendit. Coronationem Maximilianus contra Regni ſtatuta factam eſſe Polonico ſcripto oſtendere & demonſtrare, & ab obedientia ſubditos avocare conatur. Comes autem Gurca & Sborovij ejus partibus ſunt addicti, nec clade ad Cracoviam accepta à ſtudio ergà ipſum ſe avelli patiuntur.

Ita

Ita Regnum Poloniæ ſciſſum eſt in duas exitioſas factiones, ortas ex diſsidio inter Magnum Cancellarium & Sboromanos. Metuo illi regno ſiquidem periodum fatalem jamdudum abſolvit. Si civilibus alter in alterum bellis graſſabitur, multi ominantur Turcam utroſq; appreſſurum, juxta vaticinium:

Turca adhuc tota potietur Polonia,
Non vi non armis, ſed pace, quæ habuit olim.
Hinc nō erit nobilis, niſi ab aratro unus,
Nec manebunt januæ in cardinibus ſuis.

Si mittet auxilia coronato Regi & eum confirmabit in regno gloriabitur ſe regni Dominum. Utinam nunc Maximilianus prærepta ſibi corona cederet, & quieſceret, fortaſsis Sueci Principis gubernatio magis è re harum terrarum eſſet quam ullius ex domo Auſtriaca. Sed nunc ad Eccleſiam venio. Siquidem illi ferè omnes, qui Maximiliano adhærent Evangelici audire volunt, valde vereor, ne ipſis oppreſsis, Evangelium ex regno

regno illo exterminent Pontificij hactenus propter illorum potentiam non potuerunt, quod voluerunt. His accedit & hoc malum, quod Reverendum & cariſſimum noſtrum in Chriſto patrem D. Epiſcopum Wigandum amiſimus. Senſit ille à Menſe Julio magnam virium omnium debilitatem, quàm ſe inedia & temperantia curaturum ſperavit, ſed morbus ille eum in lectulum 4. Octobris conjecit & 21. ejusdem menſis, placidè & piè ad Dominum emigravit. 6. Novembr. eſt ſepultus in oppiduli illius templo. Habet ergo ignobilis ille locus duos præſtantes Epiſcopos. Illuſtriſſimus Princeps D. Andreã Fabricium conſiliarium me & Beigelium Secretarium ad funeris deductionem miſit, quod multi etiam nobiles & Paſtores ſua præſentia cohoneſtârunt, Duodecim Paſtores ex Epiſcopatibus ædibus capulum ad ſepulchrum portarunt. Cum iſthuc venirem inveni inter alia cygneã ejus cantionem, librum de ubiquitate, mihi literis adhuc obſignatis inſcriptum.

Edi

Edi curabo. Si impedient hic clandeſtini Sacramentarij ad veſtra præla confugiã. Præmittam in dedicatoria aliquid de ipſius laboribus & morte. Significa quæſo mihi an Typographus Roſtochianus ſuis ſumptibus velit edere Methodicè tractatum articulum ejusdem de deſcenſu ad inferos & quædam alia. Hæc licet occupatus, ſcribere tamen feſtivo calamo volui, ut tibi ſtatus noſter non eſſet ignotus. Saluta compatreſſam meam conjugem tuam. Mea vos ſalutat. Veſtræ Eccleſiæ & Reipubl. tibi tuæ conjugi & toti familiæ precor largam Domini benedictionem & felicem hujus novi anni curſum. Vale & frequenter ſcribe. Tutores Joanni filio conſtituit D. Theodoricum Muntfartum & Doct. Heilsbergerum. In ſcripto de Ubiquitate Hesbuſij ineptias contra ubiquitatem ſolidè refutat, ſed ſine nomine. Scriptum eſt eruditum, multas præclaras res de hoc doctrinæ capite continens, Luce digniſſimum. Datum Regiomonte Anno 1588. 8. Jan.

EPISTOLA XCIII.

Ambroſius Reudenius P. Decanus ad eundem.

S. P. D.

MUltæ eædemq́ graves ſunt cauſæ, reverende doctiſſime ac pijſſime Dn. M. Conrade, amice & frater in Chriſto per quam chare & colende: quamobrem puero JESU *nobis nato, ſæpè debeamus ingentes agere gratias, pro optata illa & ſalutari tranquillitate hactenus in Eccleſia Megapolenſi & Roſtochiana, quantumvis ad littus impetuoſi maris Balthici ſita, clementer conceſſa, per ſanctum miniſterium: quod ibi rectè docet & tranquillè vivit.*

Quis ſit ſtatus Academiæ Lipſenſis & Witebergenſis, conventus Torgenſis, viſitatio Scholarum, mandatum templis affixum, remotio venerandi ſenis D. Doctoris Joannis Matthæi, piæ memoriæ, qui in Lutherana Confeſſione verè obdormivit, & ad eam etiam hortatus eſt diaconos; & nunc ſpontanea dimiſ-

ſio

ſio Doct. Mulleri, qui in noſtram Salanam conductus eſt, & propediem huc veniet, (quod felix & fauſtum jubeat eſſe CHRISTUS JESUS, *noſtriſq; Eccleſiis ſalutare) cum aliis nonnullis, quæ quotidiè accidunt, ſatis ſuperq; oſtendūt. Quemadmodum nunc plura, faxit Miſericors Deus, ut ſint bona, audiemus ex mercatoribus: qui finitis nundinis, redibunt Lipſia. Vinariæ concionatorem aulicum agit M. Joſua Lönerus, qui antea munere Superintendentis functus eſt Meiningæ & Arnſtadij. Ad munus Superintendentis eò aliqui voluerunt vocatum excellentiſſimum virum D. Celychium, ſed neſcio, qui fiat, quod illa vocatio non producta ſit in actum. Quidam arbitrati ſunt illum non iri dimiſſum.*

Nonnulli arbitrantur eum in poſterum ſucceſſurum clariſſ: viro Dn. D. Heshuſio felicis recordationis. Præeſt nunc a Dei beneficio Superintendentiæ, & Conſiſtorio Vinarienſi, legitimè accerſitus,

Reverendus & probus vir Dn. M. Antonius Probus, antea Paſtor Islebienſis, tuæ Reverentiæ haud ignotus. Noſtræ Academiæ hoc tempore DEO ſit laus, benè proſpectum eſt in ſingulis facultatibus: quæ quidem ſingulis ſeptimanis diligẽter frequentant ſuas lectiones; & neceſſaria exercitia diſputationum & declamationũ. D. Mirus, qui hic latitat, & nuper edidit duas conciones de Sacra Cœna, & perſona Chriſti, (de quibus tuæ Reverentiæ deſidero judicium) quoq; deſiderare dicitur apud nos profeſſionem, Deus ei largiatur meliorem mentem: Nam qua ratione ſe antea geſſerit: fermè lippis & tonſoribus notum eſt. Et ex aula Dresdẽſi à magnis viris expreſſè ſcriptum eſt, quod nullo modo ſit remotus propter religionem. Jam in noſtra Salana verſantur tres Laureati Poetæ, M. Fraxinius, D. Libavius Profeſſor Poeſeos, & M. Gigas. Ædes venerandi & optimè meriti viri, D.D. Wigandi, piæ memoriæ, his diebus cœpit occupare clariſſimus vir Dn. D.

Nico-

Nicolaus Reiſnerus: qui hactenus Juriſprudentiam docuit Argentinæ. Minorem hortum ego conduxi, majorem aliquis, nomine Johannes Adamus Schlaf, gener quondam M. Henrici Weiß, qui ante paucos annos mortuus eſt. Dn. D. Wigandi ſcriptum περὶ παντοτοπίας *Chriſti nondum vidi: de quo tamen in poſterum quæram, illudq́ perlegam. Maximè vellem, ut tua prudētia daret operam, quò, præter alia, ederentur illæ, quæ adhuc deſiderantur, centuriæ. Theologiam Calviniſtarum, cujus etiam in præcedentibus literis facta eſt mentio, mecum expectant quoq́ alij, erga quos ejus aliquoties feci mentionem. Et certè interdum in meis lectionibus inculco auditoribus: Seditioſos ſacramētarios, non in uno, ſed in aliquot locis à nobis ex diametro diſſentire. Id quod etiam aliquo modo oſtenſum eſt à D. Jacobo Andrea in Colloquio Mumpelgartenſi, & quibusdam diſputationibus. Simile quippiam quoq́ exorſus fuerat Dominus Holderus Eccleſiaſtes aulicus Stutgardiæ.*

Sed libenter video tuam induſtriam ex Profeſſo iſtac de re ſcribere. Si iſte liber non poteſt imprimi in urbe Roſarum, exiſtimarem, eum mittendum eſſe Francofurtum ad Typographum Johannem Spieſs, *qui ſolet etiam excudere* D. Hunnij *lucubrationes: quem, cum D. Chytræo, quidam hîc ſparſit, nuper eſſe mortuum, id quod ſpero eſſe mendacium Calviniſticum. Quod reliquum eſt tuæ dignitati, cum chariſſima conjuge & dilectiſſimis liberis, ego cum mea reprecor felix novi anni auſpicium, & benedictionem Divinam.*

Vale in Chriſto. Datum Jenæ 6. Jan. Anno Domini 1589.

Alia ad eundem.

EPISTOLA CVII.

Salus in Chriſto.

R*Everende & Clariſſime vir Compater chariſſime, dici non poteſt quanta lætitia tuus liber me & omnes rectè ſentientes affecit.*

Me

Me quidem non tantum eò, quod mei honorificam facis mentionem, ſed vel præcipuè quod Germanicarum Eccleſiarum peſtem Philippum Melanchtonem auſus fuiſti Calviniſmi convincere, quem multi etiam ex noſtris hactenus non ſolum excuſarunt, ſed & tanquam furioſi, alios ejus errores defenderunt. Et res eò perducta eſt, proh dolor, ut nunc ſub nomine & authoritate Philippi & ejus ſcriptis optime conſtitutas evertunt Eccleſias. Quare etſi multi præſtantes & ſinceri Doctores, has in ſcriptis ſuis non diſſimularunt, tamen tu ſolus ac primus es, qui ex profeſſo, copioſe nervoſe & aperte ejus Calviniſmum auſus fuiſti refutare. Ideo meritò te amo & maximas gratias pro iſta in Eccleſia fide ac pietate ago.

Cumq; ſciam quam ingratum, imò acerbum hoc ſiet futurum non ſolum clandeſtinis Sacramentarijs, ſed etiam Protapoleptis omnibus, ideò te non poſſum deſerere: ſed oſtendere cogor nō ſolum te, cui

adſcribent juvenilem fervorem, ſed etjam me ſenem & in caſtris Domini veteranum militem, venenata judicare ſcripta Philippi, ſicut Hieronymus de Origenis ſcriptis judicavit. Etſi autem ſenectus me gravat (LXVI. annum ætatis jam ago) nolo tamen iners in caſtris Domini miles eſſe, ſed ad tegumentum tabernaculi pilos & pelles caprarum contra tempeſtates à Sacramentarijs & alijs errorum architectis & Patronis excitatas adferre. Scripſi confeſſiunculam: Sonderlich vmb der Jrthumb Phillppi willen/deren ſeine Bücher voll ſind. Deñ wiewol ich andere Jrthumb zu taxiren mit nehme/ ſo gehe ich doch fürnemlich wieder die Papiſten vnd Calviniſten/ vnd weiſe/wie ſie in allen *Capitibus doctrinæ Lutheranæ ſeu verbi Dei* abgewichen ſind. Jn der *dedicatoria* rühme ich mich einen *Lutheranum*, vnd *commendire Lutherum* weitläufftig. Zum andern beweiſe ich / daß das Bapſtthumb ein *Regnum AntiChriſti* ſey / doch

doch nur *genere*, in *ſpecie* bey einem jedern *Capite doctrinæ Chriſtianæ* in der *Confeßion*. Zum letzten beweiſe ich/ das Philippus allezeit ein Rohr *ab Anno 30.* geweſen/ der Kirchen mehr geſchadet denn alle *externi hoſtes*. Es laſſen ſich vieler guter Leuthe *non ſolum inter miniſtros Eccleſiæ*, Sondern auch *cum Domino Napſio* viele *Politici*, Sonderlich meinem Herrn dem Comſiniſchen Caſtellan wolgefallen.

Weil ichs denn nun wil drucken laſſen/ vnd Euch in ewerm Bekäntniß wieder ſie bey zuſpringen / Iſt meine Bitte an Euch / daß jhr mir deutlich ſchreiben wollet/ wo es könne gedruckt werden/ Obs zu Franckfurt am Mäjn oder etwa näher geſchehen könte. Gott befohlen ſampt dem gantzen Hauſe. Grüſſet mir alle gute Freunde. Gegeben in Eyl zu Marienwerder am Grünen Donnerſtage/ *Anno 1593.*

Bened: Morgenſtern Senior Paſt: Graudentinus, tuus chariſs: Compater.

EPISTOLA LXX.

S. D.

Recens Gallicæ perſidiæ exemplum in Belgas miſeros, Antuerpienſes præcipuè, editum, ex aliquot amicorum literis, & narrationib. excuſis cognovi, vir clariſſime. De negociorum tuorum in aula Bremenſi & Schowenburgenſi ſucceſſu, nullam te mentionem facere, miror. Scribis a. ſi modò nos Theologi velimus, facile poſſe nos miſerum exulem, etiam in hoc ducatu, juvare. Id nùm ita ſit, binis vicibus jam in noſtra aula expertus es. Quod ad rumuſculos de me Hamburgi & Bremæ ſparſos attinet: utinam poßim, ut Severus olim, ἐμμελὴς εἶναι τῶν πρακτέων; ἀμελὴς δὲ τῶν περὶ ἐμοῦ λόγων ποιουμένων. *Ego, Dei & conſcientiæ meæ teſtimonium his calumniatoribus oppono. Quod v. cenſuram de libro Bremenſi noſtram, ideo non miſſam hactenus, quidam in aula archiepiſcopi ſuſpicantur, quod pecuniam morâ illâ captaverimus: velim te ſimpliciter illis, qui talia ad te detulerunt, reſpõdere,*

Impu-

Impudentiſſimè hoc crimen nobis, in hac cauſa affingi, quod ne per febrim quidem ſomnianti unquàm in mētem venit. Scripta Molleri, & alterum de Alenconij latrocinio, ut petis, remitto, unà cum libris, nec ſcio an plura penes me ex tua bibliotheca habeam. Jubes ut ſcriptum nervoſum & eruditum Sacramentarijs & Pontificijs opponam, in quo Antitheſin & Hypotheſiſin, cum Refutatione argumentorum conjungam. Id verò tàm factu facilè quàm dictu, non eſſe, ipſe intelligis. Ego totam ferè hominis præſertim alijs etiam laboribus occupavi vitam, vix huic uni operi, eruditè, ut ſcribis, & nervosè elaborando, ſuffecturam arbitror. Benè vale. Die Petri, Anno 1583.

David Chytræus.

EPISTOLA LXXIV.

Andreas Celichius Superintend. Megapolitanus Dn. Conrado Schlüſſelburgio Eccleſiæ Wiſmarienſis fideli miniſtro.

Epiſt-

REverende & doctiſſime vir, Amice colende. Non ignoras, Ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργον, τῇ πίστει τῶν πρώτων συζῆν, ut Sozomenus inquit: Neq; ego fidem αὐτοσχεδίων eorum laudo, qui Oſſenorum ſibi duntaxat credunt, & apud alios interim magis muti ſunt, quam piſces. Tua igitur, quæ ex ſpiritu Roboris proficiſcitur, παῤῥησία in taxandis Sacramentariorum blaſphemiis, tam mihi probatur, ut quam maximè, operaq; à me dabitur, ne labores iſti tui, quibus in lucem atq; arenam protrahuntur, quos juvat αὐθινομοθετεῖν τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ πνεύματος, ut Baſilij verbis utar, inter parietes tuos diutius & deliteſcant & obſoleſcant. Quocirca quamprimum ex viſitatione hac, quæ nunc mihi incumbit, revertero, viam per literas inibo tecum, qua emitti commodè lucubrationes tuæ poſſint.

Benè in Domino vale & me, quod facis ama. Feſtinanter ultimo Octobris Anno 1585.

Alia

Alia ejuſdem ad eundem.

EPISTOLA LXXIX.

S.

REverende & doctiſſime vir, amice honorande. Remitto ad te, ſicut petiiſti lucubrationum tuarum volumina, ad quorum editionem meã qualemcunq; operam rurſus tibi deſero, in eaq; etiamnum ſententia ſum, Magdeburgæ commodius quam alibi evulgationem poſſe adornari, quanquam nec dum certi aliquid à Typographo mihi reſponſum fuit. De rerum mearum ſtatu & Syndico veſtro cognoſces, eſtq; jam conditio mea tuæ haud abſimilis negotium mihi facientibus ijs, qui μέχρι τοῦ λέγειν, ἄνευ τοῦ πράττειν, *& Theologi ſunt, & Chriſtiani, quanquam hactenus Tragœdiam in me ſuam comica facie viſi ſunt egiſſe. Sed Dominus aderit ſuis, & parietem inclinatum ita ſuſtentabit, ut de ſiſſuris atq; ruina ejus Doeg ille* παραβάτης *minimè ſit gloriaturus. Benè vale. Guſtrovij 19. Apr. An. 86.*

T. Andreas Celichius.

Alia

Alia ejuſdem ad eundem.

EPISTOLA XCIIX.

R*Everende & clariſs: vir, Amice & frater colende. De ſide & opera, abs te mihi filioq; meo gnaviter præſtita vehementer gaudeo, tibiq; & tuis omnibus viciſsim polliceor ſtudia & officia omnia, quæ ab homine amico proficiſci tum poſſunt, tum debent. N.N. filius honeſtè apud me habebitur, eaq; domi meæ & audiet quotidiè, & videbit etiam, quæ mediocriter ipſum excolere poterunt. Nec dubito, Abrahamum quoque meum facturum, quod* τὸ πρεπον *eſt.*

Diem Incarnationis Dominicæ in noſtra Eccleſia ſtato tempore ſolenniter celebravimus, ſecuti D. Auguſtini ſententiam, quæ affirmat, λογον *eodem die ex nobis aſſumpſiſſe quod offerret pro nobis. Localem illam affixionem Miniſtrorum Evangelij tecum improbo.*

Si enim non ſerendi ſunt, qui alienum ſervum judicant, liquidò apparet, quid de illis ſentiendum ſit, qui alienum ſer-

vum

Digitized by Google

vum alligant? Ipſius etiam filÿ DEI vox eſt: Cum perſecuti fuerint vos in una urbe, fugite ad aliam.

Benè vale in Domino, ac brevitati ac feſtinationi ignoſce. Guſtrovio 2. Aprilis, anno 1589.

T. totus

Celichius.

Alia ejuſdem ad eundem.

EPISTOLA CI.

S.

R*Everende & clariſſime vir, de filio meo & Scholari veſtro proximè ad te ſcripſi, nec dubito, mea te cauſa facturum, quæ & ætati & ſtudiolis ipſis commoda ſunt. Peuceriana tua* Εὔσφημα *librario tranſcribenda dedi, & propediem tibi remittam.*

Hamburgæ audio veritatem noſtræ imò ipſius filÿ DEI Confeſſionis, per oſcitantiam quorundam dormitantium vigilum, non leviter periclitari. DEUS miſereatur miſellæ Sareptulæ ſuæ. N. N. per Literas ad me refert, multa

multa illic monſtra ali. Forſitan haud ita multò poſt à noſtro quoq; Sanctuario, judicium, ſi non Dei, tamen hoſtium ipſius incipiet, adeò inquietus nunc & virulentus eſt Sacramentarius ſpiritus.

Si quid habes de ſucceſſore Warmero ſeu ut rectius dicam Schvvermero, quæſo id mihi communices. Filius Dei extrudat in eam meſſem, virum ſpirituali zelo plenum, & ad prælia Domini non intrepidum, nec inſuetum.

Virum hunc exulem, qui antea quoque meas tibi reddidit, ut benevolentia tua dignum judices oro, eique ex ærario veſtro vel aliunde ſtipis aliquid procures. Mea tibi officia abunde viciſſim conſtabunt. Guſtrovio 19. Septembr. Anno 1589.

T.

Andreas Celichius.

EPISTOLA LXXXIV.

Ad Conradum Schlüſſelburgium.

Salu-

Salutem in Chriſto Jeſu, plurimum.

Accepi literas tuas, vir reverende & præſtantiſſime ex quibus animi tui in me licet ignotum, propenſionem lubens perſpexi, ideoq; committendum non putavi quin ad illarum capita, tibi reſponderem. Et ſanè, cùm te, in doctrina & confeſſione mihi, quinimò toti fidelium cœtui conjunctum & ὁμόψιφον verbis factisq; teſtatum facias, æquiſſimum cenſeo te in amicorum meorum catalogum referre, idq; ipſum abs te contendo.

Judico enim, nullam ad ineundam amicitiam vinculum eſſe vel certius vel firmius, quàm fidei unitatem illam, ob quam etiam de diſcipulis primitivæ Eccleſiæ legitur, quod multitudinis credentium fuerit cor unum & anima una. Pro transmiſſo funebrium tuarum cōcionum exemplari gratias ago & habeo: idq; munus munere compenſaſſem libenter alio, nempe exemplari ejus, quem de perſona Chriſti petis, libelli. Verùm, quia nullum

mihi, hoc tempore ſuppetit, præter unicum, id quod compactum, uſui privato meo ſervit. En loco illius, mitto meas in posteriorem ad Theſſalonicenſes Epiſtolã Paulinam meditationes, quibus ex ſecũdo capite Epiſtolæ, præcipuè Papatum Romanum oppugno. Gratum mihi fuerit ſi uti ſpondes, Exemplar operis tui, quo Zuinglianorum Matæologiam confutas & refellis miſeris. Porrò de Wittenberg: hactenus, nihil quicquam certi licuit cognoſcere. Rumor quidam ſparſus eſt mutare, ſeu vacillare Ducem Chriſtianum Elect. Sax. & mutationem in negotio Religionis moliri, atq; inde D. Doct. Polycarpo ejectionis periculũ imminere: ſed nihil adhuc firmi potui cognoſcere, Deus clemẽter avertat tãti Ducis caſum: ipſumq; potius ad conſilia, Eccleſiæ Reip. Chriſtianæ, ſalutaria flectat. Ego de vocatione alia, quàm in qua Dei clemẽtia nunc verſor nihil ſcio. Spargitur quidem obſcura fama me Tubingã vocatũ iri, ſed ipſe ego fidẽ Rumori nõ habeo. Quod ſupereſt, te

Deo

Deo commendo. Quem ipſum ut pro me preceris unicè te per Chriſtum quæſo. Datæ Marpurgi, 12. Apr. An: Chr: 1587.

EPISTOLA LXXXVII.

Valerius Fidlerus D. M. Conrado Schlüſſelb: Eccleſiæ Wiſmarienſis Paſtori vigilantiſsimo.

SAlus in Chriſto Θεανθρώπῳ extra quem non eſt Deus neq́; ſalus. Quo in ſtatu verſentur res meæ, venerande Dn. Conrade, amice vetus & chare, ex Epiſtola Dn. Theod. Montforti communis noſtri amici T. D. cōſtare arbitror. Breviter ita res habent: Regiomonte technis & odio Matthiæ Stoij Sacramentarij nihil intentatū relinquentis apud Marchionem per conſiliarios eliſus Dantiſcum me recepi, ubi cū degerem Salario annuo mihi numerato à Senatu quatuor ferè annos, vocatus ſum Elbingam pro Medico & Rectore Scholæ. Cum ibi quatuor annos fuiſſem & Calviniſmum damnare, & juventutem, ut ſibi caverent ab hoc veneno Sacramentario, refutatis hominum

 blaſphe-

blaſphemorum argumentis monere non desinerem, interdicente ſæpius Conſule Joanne Sprengelio, idq́ꝫ instinctu crebro Paſtoris Joannis Bochmanni & Conrectoris mei Albini Hechti Calviniſtarum tectorum, virulentorum tamen, officio Rectoris mihi renunciatum eſt, relicta medica tantum conditione, defalcata etiam ſtipendij annui parte.

Numerabant mihi ex conventione quotannis 400. florenos præter habitationem liberam, ligna ſecale, hordeum. Ego cum pactis non ſtarent homines leves, nō dignos judicavi ut operam medicam illis denuo addicerem, licet per Conſulem Dominū Mynzerum, cujus filiam ſatis locupletem viduam filius meus Felix ante annum duxerat, mecum ſedulò agerent ut pro medico urbi ſervirem.

Remigravi itaq́ꝫ Dantiſcum, ubi in Senatu omnes ferè Sacramentarij quadriennio facti, annuum ſtipendium mihi numerare recuſarunt. Diſcedenti Elbingam Senatus 100. florenos pro ſtipendij augmen-

augmento adjecit, ſi Dantiſci manere vellem, ſed ob multas cauſas recuſavi. Interea alium medicum mihi ſubſtituerunt Doct. Mattheſij Theologi filium, Sacramẽtarium impudentem vanum &c. dato illi meo ſalario. Reverſus, tantam mutationẽ inveni, ut ſatis mirari & dolere Eccleſiæ vicem nequirem. Ita pleroſq; infecerunt: Doctor Petrus Prætorius Collega, D. Jo: Kittelÿ, D. Jacobus Schmidt Rector Gymnaſij & eorum complices. Longum eſſet ſcribere quam ſubdolè actum ſit cum ſinceris Paſtoribus & Diaconis hoc ultimo biennio. Acerbum mihi eſt vivere in hac Republ. ubi nemo niſi Calvinianus promovetur & aliquo in precio eſt, & blaſphemiæ Calvinianæ impunè publicis in concionibus effunduntur. Ea de cauſa ſcripſi ad D. Montfortum, quod audiſſem ex D. Severino Gebelio, Ducem Megapolitanum Udalricum egere Medico, & ſibi vocationem illam oblatam eſſe. Is de tali vocatione ex literis veſtræ D. nihil reſpõdit, quod maximè petebam, quod hujus

 princi-

principis piam conſtantiam in religione incorrupta, tum liberalitatem erga doctos ab omnibus commendari audieram, & adhuc ab H. T. peto, an locus mihi apud ejus Celſitudin: eſſe poſsit, ut haud gravatim exquirat, meque certiorem reddat. Quod autem vir humaniſsime, & amice in CHRISTO *dilecte veteris noſtræ amicitiæ non immemor de conditione apud Wiſmarienſes ad D. Montfortum ſcripſiſti, & meo nomine ſolicitudinem & ſtudium tuum declaraſti, agnoſco ſane priſtinum tuum benevolum & conſtantem erga me animum, & pro iſta in me fide magnam habeo gratiam. Patere mihi conditionem medicam iſtbic te ſcripſiſſe Montfortus noſter tuo nomine, & ex tuis literis reſpondit, cum ſalario annuo centum thalerorum lignis & habitatione, & literas vocationis etiam me accepturum, ſi annuam, ut ad feſtum Paſchatis iſthuc migrare liceat.*

Exoſus horum Apoſtatarum impieta-

tem,

tem, quærere me qualemcunque conditionem me ſaltem ſuſtentantem, fateor. Sed ſtipendij tenuitas me nonnihil terret. Pergratum feciſſes ſi quædam ſcitu neceſſaria addidiſſes, quod ut adhuc facias, & quanto ocyus quidem, etiam atque etiam abs H. T. peto, nimirum de urbis Wiſmariæ ſtatu. An medicum habeat, an verò ſolus iſthic officio Medici functurus ſim, an agyrtæ circumforanei medici in urbe ferantur, an nobiles vicini Medicum urbis ad curam vocare ſæpè ſoleant, & an Senatus id Medico permittat, ut aliquò excurrat, Et cum numeroſa mihi ſit ſoboles à DEO data, an habitatio commoda, non anguſta, an caritas ſit victualium, panis, carnium, piſcium, &c. lignorum etiam ſi forſan non ſuffecerint quæ præberi ſolent.

Audio quondam Wiſmariam fuiſſe emporium celebre, nunc paucos eſſe negociationes civium, ita ut plerique ex agricultura, & cereviſiæ coctione vivant.

Hæc non in urbis extenuationem, ſed ad incommodum ex migratione vitãdum ſcribo. Non ſuadebit mihi D.T. ut in talem me locum conferam, ubi vel egere, vel mea impendere coquar. Modo mediocris ſuſtentatio contingat, nihil prorſus ſolicitè inquirerem, uti facio, nec vitio id mihi vertas velim. Scribo veteri amico & intimo. Quanto plures circumſtantias de ſingulis victualibus & precio neceſſariorum ad victum perſtrinxeris, tãto gratius id mihi futurum eſt. Non fert mea & meorum conſuetudo, ut perpetuò ſalſamentis, & fumo duratis utamur, ut iſthic locorum moris eſſe audio. Vtrumq́; expertus malo, urbi quam aulæ ſervire. Magnis ſumptibus in Italia triennium, & Gallia in Montepeſſulano annum Medicæ facultati inſudavi, & tamen Chriſtus pro cujus gloria contra blaſphemos Sacramentarios per illius gratiam dimico in ætate mea ingraveſcente migrationibus ſingulari ſuo conſilio involvit. Sed de his coram uberius, ſi ita viſum DEO fuerit.

fuerit. Filio Dei, pro quo T. D. etiam iſtbic procul dubio pugnat, te commendo. Dantiſci 1587. 8. Dec.

EPISTOLA XC.

D. Nicolaus Selneccerus, D. Conrado Schlüſſelburgio.

S.

R*Everende & clariſſime vir, Domine & frater in Chriſto, colende, pro literis humaniſſimis tuis, ad me valetudinarium ſcriptis, tibi gratias ago maximas: Status Eccleſiarum noſtrarum, adhuc Dei beneficio eſt integer, De Επισκοπῆ τῶ μείζονα, nihil nobis cōſtat, Chriſtus avertat τὸ μίασμα. Spero D. Mylium & D. Johannem Matthæum manſuros. Cætera ſunt in priori ſtatu, licèt machinationes non defuerint, nec deſint: ſed videmus Chriſti manum prævalere θεῷ δόξα. De Ratiſponenſi negocio, aliquid audivi. Hyperbolas iſtas N. N. (Non minus eſſe bonum opus 5. fl. accipere de 100. fl. ab illis, qui pecunia mutuò accepta, aliquid lucrari poſſunt, quam recitare oratio-*

orationem dominicam) pro uſurarijs, quis piorum probaret.

De tribus hominum generibus, ſcio D. Lutherum, de uſuris contra uſuras, ex Juſtiniani legibus & conſtitutionibus aliquid ſcribere, ſed non in eum uſum cujus abuſus jam deprehenditur.

Publica autem à privatis contractibus ſemper ſecernenda ſunt, & diſtinguẽdum, inter Emptionis contractum & uſurarium. Hoc ſi non fit, actum eſt de omnibus palliationib. D. Wigandi obitus, valdè me turbavit. Non potui in hoc ſtrepitu Mercatus & concurſu hominum, aliquid dignum, tanto viro ſcribere. Tetraſtichon adjeci verſibus prioribus ſi ocium habuero cogitabo de juſta oratione. De obligationum formâ, CHRISTI Miniſtrorum, vel ad vitam, vel ad certos annos, cujus mentionem facis, hîc nihil nobis conſtat: nec ea, à nobis probatur. Et acquieſco in tuo judicio quod nullus Chriſti Miniſter fidelis ejuſmodi formam obligationis recipere poſſit.

Ini-

Iniqua res eſt ſic agi, cum Miniſtris Chriſti. Exemplum tragicum τȣ͂ αὐϑχεὶρȣ, multos movere debebat, ne contra conſcientiam quicquam agerent, & malis cauſis patrocinarentur: ſed venter caret auribus, & calvities obduruit, donec malleo iræ Dei molleſcat & deſluat. Optimè in Chriſto vale, & pro me ora. Lipſiæ 29. April anno 1588.

EPISTOLA CXL.

Alia ad eundem.

Salutem in Domino.

R*Everende & cl. vir, amice & frater in Chriſto colende, redditæ ſunt mihi tuæ, una cum ſcriptis adjunctis, quæ tibi jam remitto. Hoſmannianum ad Hamburgenſes, & Roſtochienſe ad Hoſmannum, jampridem habui: tertium nondum videram.*

Ago autem tibi gratias pro judicio eo, quo Apologeticum meum ornaſti. Perlatum ad vos eſt interim haud dubiè exemplar illud quod Miniſterio veſtro cum literis meis transmiſi.

Gratum

Gratum mihi fuerit, ſi de publico veſtro judicio reſponſi ſcripti aliquid ad me perlatum fuerit. Audio jam in procinctu eſſe Hofmanni Antapologiam, ea qualis ſit, ſuo tempore videbimus. Adjunctum tibi datum eſſe Rectorem ſcholæ veſtræ, Eccleſiæ veſtræ & Miniſterio gratulor. Sed iſthinc jam perſpicio, quam ſtolidè à nobis, atq; imprudenter factum eſſet, ſi N.N. collata fuiſſet ordinatio, quæ rogatu Senatus veſtri fieri debebat. O nimis tribunitium poſtulatum, quo homini ad nullam Eccleſiam vocato, ordinationem conferre requiſiti ſumus.

De morte Cracovij hæc ex ore fide digni viri his diebus cognovi. Cum in cuſtodia eſſet arctiſſima, duobus cinctus ſatellitibus, ſeveriſſimè fuit ab Electore prohibitum, ne ad ipſum vel hominum, vel ſcriptorum quicquam perferretur. Contigit autem quadam die, ut D. Jac. Andreæ cantharum cerevisiæ bonæ ipſi miſerit, cujus fundo imo ſchedam affixerat, qua conſolatus ipſum, & ad patientiam exhor-

exhortatus fuerat. Hanc ſchedam ſatellites conſpicati abſtulerunt, & Electori afferri curarunt. Id tam indignè tulit ipſe, ut ira percitus, arrepto cultro pectus ſibi confodere attentarit. Quod eſt tamen cura atq; interventu ſatellitum impeditum. Cum hoc cognoviſſet Elector, carcere hominem concludi profundo juſsit, & quia mortem ſibi intentaverat ex Jureconſultorum reſponſis id accepit, eſſe hoc ſufficiens documentum ad torturam. Cum verò equuleo ſubjectus, prodere facinora nollet: gravioris torturæ ſupplicio ſubjectus fuit, quo ipſe adeò excruciatus fuit, ut inter deliquia animi ſemimortuus pependerit. Remotus ergo de tortura, cum in ſtramine ſepoſitus eſſet, ubi laxationum fieret reſtauratio, animã miſerè exhalavit. Cadaver cognatis relictum fuit, qui id ſub ſummo ſilentio amotum in obſcuro loco humi mandaſſe perhibentur.

Lues contagioſa ſub urbia noſtra contingere, tandem etiam inter mœnia ſtragem

gem edere 6. vel octo perſonarum cepit. Sed jam Menſe amplius planè deſævijt, ut nec hic neque in vicinia exemplum ullum peſte extinctum viderimus. De ſobole tibi majorem in modum gratulor.

Ex comitijs nihil adhuc ad nos perlatum eſt. Miles redit ex Hungaria, tempore & impenſis perditis, occaſionibus rei benè gerendæ neglectis optimis.

Inter Principes noſtros Saxonicos utriusque lineæ nuper diſſentio oborta id effecit, ut Vinarienſes noſtri communitatem juris, qua hactenus uſi ſunt Coburgenſes prorſus his renunciaverint. Hinc factum, ut ſuperiori ſeptimana, à Coburgenſibus facta ſit Profeſſoribus officij ſui & ſtipendiorum univerſalis reſignatio. Hac ſeptimana idem à Vinarienſibus P. P. etiam huc perſcriptum eſt.

Sumus ergo jam immunes omnes ab officio & functionibus. Perendie autem huc venient ex aula Conſiliarij, qui de

novo

novo conducent & conſtituent profeſſores, quos volent Illuſtriſsimos Principes, quique ſe conduci patientur. Quid ego ſim facturus, planè ſum incertus. Nova fiet Academiæ reformatio, quæ ut felix ſit & proſpera ex animo opto. Vale in Domino. Salutat tecum tua, conjunx mea. Datæ 18. Decembr. 1597. Jenæ.

T. in Domino
G. Mylius D.

PEISTOLA LXXXVI.

Alia ejuſdem ad eundem.

Salutem in Chriſto Jeſu.

R*Everende & chariſsime frater in Chriſto, mitto tibi Exemplaria concionum quæ voluiſti.*

De opere Anticalviniano tuo reſcribam ipſe quid fieret, cum tuas acciperem, abſente noſtro Polycarpo. Superiori tempore, cum huc id miſiſſes, habito conſilio, ſic convenit inter nos, ut quia ille ſibi

eſſe

eſſe quendam in promptu dicebat, qui retexendo operi, & ſub moderatiorem limā vocando commodè poſſet præfici, iſta omni cura me tum exonerarim, præſertim cum D. Polycarpus affirmaret, ſe de conſilio noſtro diligenter ad te omnia perſcripturum. Exhibui ipſi his diebus reverſo tuas literas plenas ſolicitudinis & querelæ. Ipſe, ad te perſcriptum eſſe à ſe diligenter de toto negotio, affirmat. Quid te literis factum ſit, ignorat.

Nunc eo res loco eſt, ut quia paucorum menſium ſpacio Brunſuigam ſe ille conferet, cui Eccleſiæ operam ſuam nuper addixit: negotij ſuperioris curam in ſe recepturum eſſe reſponderit. De quo tamen amplius deliberaturus & primo quoque tempore ad te perſcripturus ſit. Tomos ipſos ſecum habet adhuc ſalvos & incolumes, ut hoc nomine minimè debeas eſſe ſollicitus.

Angelus ille Diaboli, quem ſcis, non deſinit nos colaphiſare. Imò δεξιὸν πόδα *noſtrum ſtagellare blaſphemijs. Quæ ipſi, vereor,*

vereor, ne tandem per jugulum redeant. Tu vale in Domino Jeſu. Vitebergæ pridiè Michaelis Archangeli Anno 1587.

T. in Domino

G. Mylius D.

EPISTOLA CVIII.

De Vocatione Schlüſſelburgij ad Superintendentiam Stralſundenſem.

CUM quidam homines, mihi ante aliquot annos, ſæpiſſimè objicerent, me non eſſe Superintendentem, quandoquidem de Superintendentis vocatione, inter illuſtriſſimum noſtrum Principem & ampliſ: Senatum, controverſia incidiſſet, pendens in judicio imperiali, Spiræ, quæ nondum finem haberet: & ſe non poſſe, me Superintendentem vocare: Ego ſubjiciam hic Epiſtolam Doctoris Mylij, de hac controverſia ad noſtrum Senatum ſcriptum, ex quo apparet, Homines iſtos, turpiter erráſſe.

Digitized by Google

D. Georgius Mylius an einen Ehrnveſten Raht der Stadt Stralſund.

GOttes Gnade/ in Chriſto/ zuvor / Ehrnveſte/ Ehrſame/ Hochweiſe Herren/ Großgünſtige Freunde/ mit Göttlicher Gnaden Verleyhung/ dafür dem barmhertzigen GOtt ewigen Danck geſagt/ iſt das angeſtellte Ehrenwerck/ deßhalben E. E. vnd W. jhren *Superintendentem D. Conradum Schlüſſelburgium*, ſampt dero *Syndico*, Herrn *Doctore Domanno*, zu vns vor dieſem abgefertiget/ nunmehr Gott Lob Glücklich vollbracht/ vnnd alſo verrichtet/ daß ſie auff *dato*, jhren freundlichen Abſcheid von vns genommen/ Vnd ob GOtt wil/ nunmehr/ auch glücklich/ vnd mit Frewden/ zu Hauß/ vnnd bey den Jhrigen angelanget haben.

Ob nun wol eine zimliche Zeit/ vielleicht auch wol an Gelde ein mehrers/ denn wir/ Dann wir ſelbſten gehoffet/

an

an dieſes Ehrenwerck gewendet wor-
den / wie es auch die Gelegenheit anſe-
henlichen *Actus*, mit minderem zu ver-
richten / faſt aller dinges / nicht hat ge-
ſtatten wollen: So hat doch GOtt
Lob / mit ſolchem Lob gedachtem ewern
Herrn Superintendenten / fürnemlich
aber mit denckwürdigen Ruhm / der
löblichen Stadt Straelſunden / dieſes
anſehenliche Ehrenwerck deß Docto-
rats / dermaſſen abgegangen / das der
E. E. vnd W. durch den *Syndicum*, vnd
Legatum, aller Außführung wird be-
richtet werden / Ich mir keinen Zweif-
fel machen wil / E. E. vnnd W. ſolche
auffgewandte Mühe vnd Koſten / für
keinen lauter Ehr vnd Gewinnen hal-
ten vnd rechnen werden. Der barmher-
tzige Gott / verleyhe ferner ſeine Gna-
de / daß ſolches Werck / vnnd bevorab
alle Dienſte vnd Wercke ewers Herrn
Superintendenten / GOtte vnd euch
ferner / Sonderlich aber zu Gottſeli-
ger Erbawung ewerer lieben Kirchen

vnd Schulen/vnd alſo endlich zu groſ-
ſer vermehrung vieler Menſchen Se-
ligkeit/ gelangen mögen: Dann ob
gleichwol/ ſein Beruff zu ewerer Kir-
chen/von etlichen/inmaſſen ich von jh-
me ſelbſt vernommen/wilſtreitig vnnd
diſputierlich gemachet werden/ſo halte
ichs doch/ aus Grund H. Schrifft/als
vngezweiffelt dafür/er/von Ewrer ge-
ſampten Kirchen/dz iſt/von allen drey-
en Orden vnd Ständen/ einmühtig-
lich erwöhlet vnd beruffen worden/das
ſolcher ſein Beruff vnnd Beſtallung/
heilig/recht vnnd kräfftig ſey/ zu vieler
Menſchen Wolfahrt vnd Seligkeit/
vnd könte daran am wenigſten nit hin-
dern/ob ſchon von auswendigẽ/ein ſol-
cher Beruff von jemand anderen/ an-
gefochtẽ wirt/damit weder er für ſeine
perſon/noch auch dz Ampt an ſich ſelbſt
jchtwas zu ſchicken oder zuſchaffen ha-
ben/Sondern E.E. vnnd W. an ſtatt
der Kirchen/ als Intereſſenten, vnnd
Sachwaltigen/werdet ſolchen Streit
wol

wol auff zuheben wiſſen / Dazu denn GOtt ſein gnädiges Gedeyen geben/ vnd gemeiner Stadt vñ Kirchen jederzeit/ mit ſeinem allmächtigen Schutz/ vnnd gnädige Regierung/ Väterlich bewahren wolle/ Amen. Geben den 9. Nov. an: 1594. Jenæ.

EPISTOLA LXXXV.

Nicol: Selneccerus, ad Conradum Schlüſſelburgium.

Salus per Chriſtum Servatorem unicum.

REverende & clariſs: vir, Literæ tuæ, mihi ſemper gratæ ſunt. Solicitudo piorum, de noſtrarum Eccleſ: ſtatu, cauſas habet non contemnendas. De principijs animo ſincero, in Religione nequaquã dubitamus. A latere a. cum ſint nonulli Gnatones, metuimus aliquid, ſed Chriſtus cor regat, principes & nos regat. Carmen Calvinianum, ut ſcribis, Witebergæ publicatum, multos pios offendit, ſed autor dabit pœnas, quas Chriſtus ab ipſo ſumet, & impediet conſilia & molitiones τῶν φαύλων.

De Chemnitio τῷ ἐν ἁγίοις, & me, quæ nec intelligo. Suſpicio enim de bonis concepta, bonorum non eſt. Et quæ ſit ſententia utriusq; in libro, de duabus naturis, à D. Chemnitio, mea operâ, edito, omnibus, in propatulo eſt. Præcidimus autem carentes verbo Dei diſputationes, & ſemper conſuluimus, ne quid abſq; verbo Dei moveretur. Eadem adhuc eſt, & erit mea ſententia.

Diſputatio de Exorciſmo à Dedekindo, mota eſt. Retinetur Exorciſmus etiam in noſtris Eccleſiis in libro concordiæ omiſſus eſt; non ut improbaretur, ſed ne ceremonialia miſcerentur iis, quæ tantùm doctrinalia continerent. Et liber concordiæ ſola doctrinalia comprehendit. Hæc conſilium multorum Principum & Theologorum fuit. Meam verò, de Exorciſmo ſententiam, in Examine ordinãdorum, parte quarta, folio 118. 119. aperui, in qua acquieſco.

De diſceſſu Theologorum Wittenbergenſium, fama falſa eſt, De Dreſſero, poteſt

poteſt verum eſſe quod ſcribit. mihi verò, nihil certi conſtat, cùm Homo ille, tantum de facie, mihi notus ſit, & multi hodie clam ſua deliria foveant, donec aura ipſis aſpiret gravior optime in Chriſto vale, & pro me ora. Saluta fratres & amicos reverenter, Lipſiæ 17. Maij, Anno Chriſti 1587.

EPISTOLA CLXX.

Georgius Weinreich/D.

ANnum felicem & auſpicatum, ex animo Tuæ Reverentiæ Dignitatique, ab Immanuele noſtro Chriſto Jeſu, reprecor, Reverende & clariſſime Domine Doctor, fautor & frater in Chriſto honorande.

Quæ ad me ſcribis, de ἀποστασία *Pelargi, Eccleſiæ Francofurtenſis ad Oderam, nunc Superintendentis, planè mihi ignota ſunt: nec quicquam, ea de re, hic audivi. Scio equidem, quod operam ſuam colloquio Berliniano ſubtraxerit. Quo conſilio autem, id fecerit, haud ſcio ferijs hisce natalitijs Viteberga, evocatus fuit,*

Digitized by Google

literis Domini Electoris Brandenburgenſis, Reverendus & clariſsimus vir, D. D. Balthaſar Meiſnerus, Academiæ Vitebergenſis Profeſſor, & pro tempore Rector, qui in templo arcis, aliquot conciones habuiſſe, & Adverſariorum, Calviniſtarum ſtrophas, nervoſiſsimè, juxtà & moderatiſsimè eliſiſſe dicitur, ut cum admiratione auditus ſit, & magnum civium Berolinenſium applauſum habuerit. Quorſum v. ea res tendat, exitus docebit. Nos hîc de illuſtriſs: & præclar: Electore, benè adhuc ſperamus. Permittit n. Miniſterio ejus loci, tractationem tam theſeos quàm Antitheſeos hactenus, nec quemquam Religionis nomine perſequitur: unde etiam vota, pro ejus converſione quotidiè, ad Deum fundimus neq; dubitamus illa ſuo tempore, rata futura. Hæc ad tuas breviter: Plura enim, ob meditationes, de cõcione craſtina attexêre, non licet. His vive & vale feliciter in Domino. Lipſiæ raptim, 14. Januarij, anno 1615.

Epiſt.

EPISTOLA CLXIX.

Alia ejuſdem.

S.

GRata mihi fuit tua Epiſtola, Rever. & clariſſ: vir Dn. D. fautor & frater honorande, tum quod ex illa intelligo, vigere adhuc tuas vires, in hac ætate ſenili, quæ Moſaicum terminum, nempe 70. annos attingit: Tum quod ad aliquot nundinas, ſcribendi officium, hactenus ſuſpẽderis. Non eſt autem mirum, quod ſcribis, caligere oculos tuos, & indigere conſpiciliorum adminiculo. Sic enim fert ætas. Ego, qui munere divino, 61. annum ætatis attigi, jam ab anno vigeſimo, iiſdem uſus ſum: nec vel apicem literarum dinoſcerem, Si hoc mihi adminiculo carendum eſſet. Deo ſit laus & gloria, qui ejuſmodi adminiculis naturam languidam & marceſcentem juvare voluit.

Pelargum, à doctrina Lutheri, quæ Chriſti eſt, turpiter & cum æterno pudore, defeciſſe, & in Sacramentariorum caſtra migrâſſe certum eſt.

Apoſtaſiæ, proh dolor, à D. Lutheri doctrinâ, ad Calviniſmum, Sathanæ Excrementum, valdè frequentes ſunt, & haud dubiè futuræ frequentiores, ubi Parei Irenicum, Heidelbergenſis Theologi divulgatum fuerit. Gratulor veſtræ Sareptæ, de pace & concordia Eccleſiæ, Deumq́; precor, ut eam, in poſterum etiam, Sartani tectamq́; conſervare velit. Miſcet enim vulgò Sathanas, ſua zizania. Facultas noſtra Theologica, non contemnendam jacturam paſſa eſt, per obitum reverendi & ampliſſimi viri, Dn. Burchardi Harbardi, Senioris, quem Deus ex hac vita evocavit, ipſo die concordiæ & conſtantiæ. In ejus locum, ſervato tamen, ſucceſſionis ordine, conſtitutus eſt, D. Polycarpus Leiſerus, Domini Doctoris Polycarpi Eccleſiaſtæ aulici filius, qui partẽ à D. Herbardo relictam, in formula concordiæ continuat: Quâ abſolutâ, in me devolvetur Locorum communium Philippi explicatio. Deus addat vires corporis & animæ ut cum fructu & emolumento.

Digitized by Google

lumento, Eccleſiæ & Academiæ peragatur. His vale feliciſſime, Domine & Senior venerande, & me tuis precibus commendatum habe. Lipſiæ, 16, Maij Anno 1614.

EPIST. XXXIII.

Ad eundem.

Salutem in Chriſto Jeſu,

DOctiſſime vir, & frater in Chriſto cariſſime, inveni tandem exemplar libelli, D. Pauli ab Eitzen, de cœna Domini, jam antè, in Bibliopolijs fruſtrà quæſitum, atq; nunc mitto, per Tabellarium Jenenſem. Non datur jam mihi tempus prolixè ſcribendi: Alioqui copioſam materiam, ſuppeditarent Epiſtolæ Philippi Melanchtonis, à Joachimo Camerario publicatæ, in quibus multa notabilia obſervavi.

Suppeteret etiam ſatis ſuperq; ex Diſputatione, quæ in Menſe Majo, in Libano Monte, agitata in promotione Doctorum. Nulla fit ibi mentio, de Chriſti Seſſione, ad dexteram Dei. Tenuiter & frigi-

frigidè, uno atq; altero verbo aliquid d glorificatione Chriſti. Tribuuntur ab iis Chriſto quædam ornamenta, aliquant ampliora, quàm habent Sancti. At quid hoc mirum? ſimpliciter negatur, à natura divina, aſſumptæ humanæ naturæ, communicari ullas proprietates majeſtatis & actionum divinarum. De rebus omnium maximis, proponitur Grammaticæ definitio, communicationis idiomatum, quaſi v. ex ea ſint judicanda, dicta & Teſtimonia Scripturæ, de gloria & majeſtate Chriſto data, & non illa potius, ex illis ſit æſtimanda: Ita verum efficitur, quod fortiter negaverunt, ſe dixiſſe & docuiſſe falſa ut abs te, Vitebergæ, in Conſiſtorio illorum, accuſati ſunt: cùm illis in faciem objeciſti, quod a Lutheri doctrina defeciſſent, ob quam cauſam, te injuſtiſſime relegârunt. In ſumma, tota Diſputatio, directè tendit, contra Lutherum & Brentium, ac D. Johannem Wigandum affinem tuum; Quod ab his aſſeritur, pro Majeſtate Chriſti. Hoc ab ipſis impugnatur.

gnatur. Verùm victoria ſtabit, penes eũ, quem Deus pater collocavit ad dexteram ſuam, & crimen læſæ Majeſtatis aliquando vindicabit, excitaturus etiam, qui pro gloria ejus aſſerenda decertent. Benè vale & ſaluta amicos. Hamburgi, an: Chr: 1570. 13. Octob.

T. Joachimus Weſtphalus.

EPISTOLA XCIV.

Alia ad eundem.

Salutem & corporis animæq; proſperitatem, ſtrenæ loco, tibi tuisq; ex animo precor.

Reverende vir, amice ſingularis, proximo anno propter miras inſidias parum tutum fuit ſcribere. Intermiſit ergo ſcribendi officium. De quo haud dubiè tibi excuſatus ſum. Nunc priusquam hinc diſcedam, facere non poſſum, quinde rerum mearum ſtatu te certiorem reddam.

Elector noſter cum operam meam non putaret ſibi neceſſariam me inſcio conſenſit, ut Principes Vinarienſes de Academia

Jenenſi

Jenenſi conducenda mecum agerent. Factum eſt ergo menſe proximo, ut iſtis operam meam locaverim. Hæc cauſa eſt cur jam abitum parem. Viteberga mœſtiſſimæ ob hanc cauſam, propediem valedicturus. Iſtic Scholæ præcipuè inſerviturus ſum, ſingulis ſeptimanis una duntaxat habita concione. Diſputationes, quia volunt iſtic eſſe frequentes, injunctum mihi eſt, ut menſtruæ à me habeantur diſputationes publicæ. Quod, Deo adjuvante, faciam.

Magna pars ſtudioſorum noſtratium jam diſceſſum adornat, ut incrementa ſumpturam Academiam Jenenſem arbitror. Noſtra hæc in ruinas abit, quia nemo eſt, quem vel legentem vel concionantem cum fructu ſtudioſi audiant, Hic fructus eſt reformationis. Deus miſereatur Eccleſiæ. Cives & ſtudioſi magnò mœrore meum diſceſſum proſequantur. Soletur ipſos & conſervet in veritate Dominus. Cui te commendo.

Vale.

Vale. Datæ 7. Januarij, 1589. Viteberga.

T. in Domino
G. Mylius D.

EPIST: CII.

Alia ad eundem.

Salutem in Chriſto Jeſu p.

L*Iteras tuas vir Reverende & clariſſime, reddidit mihi tabellarius demum, cum Spira huc ad nos rediſſet. Itaque quia feſtinantem diu detinere non poteram præſertim cum hodè mihi concio ad populum habenda incumbat: Vix pauca hæc reſpondere licuit. Principio autem ineuntem hunc annum novum, Tuæ Rev. ut & univerſæ Eccleſiæ Chriſtianæ precor quam feliciſſimum. Porro Spieſſium urgebo, ut reſpondeat, anne quæ miſſa ei ſunt, velit typis ſuis committere.*

Lætus & cognoſco ex T. R. literis Megapolenſes Theologos etiamnum à Danielis Hofmanni dogmate eſſe alienos. Deus compeſcat hominem extremè furioſum & ſuperbum, qui haud dubiè ex mera

arro-

arrogantia emergendiq́ʒ cupiditate litem iſtam, ſinceris Eccleſiis movet, non ſine horribili ſcandalo Eccleſiæ alioquin afflictæ & perturbatæ, tripudio v. & effuſo gaudio Adverſariorum, Jeſuitarum & Calviniſtarum. Audio N.N. contra D. D. Jacobum Andreæ (quem 7. Jan. diem ſuum obijſſe, & in cæleſtem vitam ex hoc ſeculo emigraſſe certis indicijs, non abſq́ʒ acerbiſſimo dolore cognovimus) aliquid meditari, nimirum ut frigidam, quod dicitur ſuffundant, & inflatum Hoſmannum juvent, atq́ʒ adeò oleum camino addant.

D E U S *clementer miſereatur noſtri. Quod ſupereſt, ego T. Reverentiam una cum domeſtica nec non publica Eccleſia æterni Dei præſidio commendo. Datum Marpurgi 1. die Februarij, Anno Salutis 1590.*

Tuæ Rever: addictiſſimus

Ægidius Hunnius D.

David

EPISTOLA CXLIV.

David Chytræus.

Eidem.

S. D.

REverende & Clariſſime Domine Superintendens, amice colende. Expectavi reditum tabellarij tui ex Weſtphalia aliquot menſes, nec ſcio, an interea ad te redierit. Ad nos certè non acceſſit. A Petro Kopſio tandem reſponſum negativum, menſe Novembri accepi, & omnem de illius officio ac auxilio ſpem abjeci. Antonius Witershemius capitaliter mihi iraſcitur, quod affinem ipſius Laurentium Niburium, gulam ſibi ipſi præſcidiſſe in meo Chronico ſcripſi, itaq; ad hominem iratum fruſtra me ſcripturum arbitrabor. Scire tamen velim, quid pro dedicatione adeo luculenta beneficij retulerint. Statum controverſiæ de Abſtracto & Cõcreto, inter D. Heshuſium & Paſtores Regiomontanos & Wigandum agitatæ, quæſo! brevi ſcripto comprehenſum, additis temporibus, mecum communices.

Mea tibi ſtudia & officia viciſsim deſero. Benè & feliciter vale. Die Caroli Magni, Anno 1600.

EPISTOLA LXXXII.

David Chytræus.

S. D.

R*Everende & clariſs: Dn. Superintendens. Pergratum mihi feciſti, quod ſtatum controverſiæ Prutenicæ, breviter & rotundè, una propoſitione expoſitum, communicare mecum voluiſti.*

De Deſertore ſtudiorum, & deſperato mercatore, quod quæris, an ſine ſcandalo & conſcientiæ læſione admitti ad Miniſterium poſsit: perſpicuum eſt, id ſine inſigni ludibrio Miniſterij & Eccleſiæ deformatione, fieri non poſſe. Et quanquam apud nos quoque memini cives, ſpe lucri, ex civili mercatura faciendi amiſſa, ad Miniſterium ordinatos eſſe: tamen id non in hac urbe, ſed pagis vicinis accidiſſe recordor: quod iſthic etjam fieri poſſet.

Digitized by Google

Hæc de Quæſtione tua reſpondeo, & pagellas recentium hiſtoriarum, de conventu Archiepiſcopæ Magdeburgenſis. Et Brunſvvicenſi Tragedia recens inchoata, ac inprimis de Belgicis rebus mitto, quas lectas, prima occaſione ad me remittas.

Benè & feliciter vale. Die Neſtoris Epiſcopi Pergæ in Pamphylia, martyris ſub Decio. 26. Febr. Natali meo LXII.

EPISTOLA LXXVI.

Reverendis, magnificis & clariſsimis viris Dno. Polycarpo Leiſero, & D. Georgio Mylio, Sacræ Theologiæ Doctoribus, Cancellario & Paſtori Eccleſiæ & Academiæ Wittebergenſis, Dominis & Patronis colendis.

S. P. D.

REverendi & clariſſimi viri, Domini & Patroni colendi. Ut vir ille Heroicus, Achilles opinor, interrogatus ab Ajace, quos ſubijſſet in vita labores omnium graviſſimos, ſimul & jucundiſſimos reſpondit.

Pro Amicis ſuſceptos: ita vos ſpero, amicorum ejusdem de Deo fidei & confeſſionis ſocietate vobis junctorum gratia non gravatè moleſtiam, vero teſtimonio juvandi periclitantem veritatis & pij confeſſoris cauſam ſuſcepturos eſſe. Conradum Schlüſſelburgium ſcitis ab anteceſſoribus iſthic veſtris, ante 18. annos, ob ingenuam & liberam doctrinæ Lutheri, in libro Concordiæ poſtea repetitæ, confeſſionem publicè excluſum eſſe. Quod cum proximis diebus ipſi coram magiſtratu oppidi Wiſmarienſis, cujus Eccleſiæ utiliter ſervit, ignominiosè à quodam malo homine Juris doctore objectum ſit: reverenter oramus, ut Teſtimonium veræ doctrinæ & innocentiæ, vel in patente forma, vel literis ad Senatum Wiſmarienſem à Collegio veſtro Theologico ſcriptis, præbeatis. Sanctè promittit, ſe non editurum eſſe, ſed conſuli tantum primario privatim monſtrare, & pro ſe ac liberis ſuis ſervare velle. Cum igitur ſolennis caſſatio prioris decreti, à Juriſc. & Philoſophis

loſophis veſtris, nomine totius Academiæ, difficulter fortaſſe impetrari poſſit: reverenter oramus, ut veſtri tantum Collegij Theologici nomine Teſtimonium veritati & innocentiæ in hoc caſu perhibere M. Schlûſſelburgio, nec tabellarium hunc inanem ad nos redire patiamini. Id officium veſtrum, Deo gratum, & bono illi viro hoc tempore neceſſarium, & mihi & omnibus noſtræ confeſſionis ſocijs acceptiſſimum erit. Mea nobis ſtudia & officia viciſſim reverenter defero. Benè & feliciter valete. Roſtochij, Idibus Febr. anno Domini 1586.

David Chytræus.

EPIST. LXXI.

S. D.

M*Agnifice & clariſſime Dn. Cancellarie Patrone colende. Rurſum tibi pro eximia humanitate & Benignitate erga me & comites meos ſingulari, ante ſesquiannum nobis Mindæ declarata gratias ago, & Deum oro, ut tibi & tuis viciſſim benefaciat.*

Quod literis meis ſuperiori anno ad te datis nondum reſcripſiſti, occupationibus tuis tribuo, præſertim cum Neogamonte fuiſſe καὶ ταῦτα σοὶ νῦν μέλειν intelligam. Illuſtrium Principum tuorum Genealogiam accuratè coagmentatam denuò expecto, ac de OTTONE præſentium comitum patre doceri cupio, an idem Otto ſit, qui Hildeſienſis Epiſcopus anno 1531. electus fuit? Et quis alter OTTO ſit, qui primo loco inter OTTONIS fratres, in Genealogia ab Reineccio edita, collocatur? Et quo anno Barnimi Ducis Pomeraniæ filiam, quo anno Urſulam Brunſvvicenſem duxerit. Item an corda Gemnienſis Jodoco OTTONIS patri, ut Reinerus Reineccius in Genealogia Typis expreſſa poſuit, an verò Johanni Avo nupta fuerit? Et an omnes qui nunc vivunt Comites ex uno patre OTTONE prognati ſint. De his quæſtionibus, ut me erudire dignareris orare volui: cum hujus ſubditi civis veſtri rogatu ad Magnificentiam tuam ſcribendũ eſſet.

eſſet. Cum enim apud nos diutius anno exul cum Conjuge & liberis honeſtè & modeſtè vixerit: ſæpè familiariter cum eo de omnibus doctrinæ Chriſtianæ partibus, & de Adoleſcentiæ ipſius in Academia Witebergenſi ſtudijs & moribus contuli, ac de doctrina Eccleſiæ univerſa, cõperi, eum piè & rectè ſentire & eandem cum omnibus Saxonicis Eccleſiis Bremenſi excepta, de omnibus ſidei articulis ſententiam amplecti: eamq; Witeb: alacriter & publicè ac liberè profeſſum, propterea velut Eutychianis delirijs infectum, Blaſphemum & ſeditioſum, ante quindecim annos, ab illis, qui tum rerum in Academia illa potiebantur, excluſum eſſe.

Cum a. illorum impoſturas & fraudes, quibus doctrinam Lutheranæ prorſus cõtrariam occultis cuniculis in has Eccleſias invehere moliti ſunt, Deus ipſe veritati teſtimoniũ dans, poſtea detexerit: pro tua prudentia & pietate ipſe intelligis, nõ eſſe propter injuſtam à talib. profectã excommunicationẽ, homines pios ac innocentes

ad noſtrum patrocinium confugientes, à nobis deſerendos.

Oro igitur ut propter meam quoque interceſſionem huic honeſto & docto viro M. Conrado Schlüſſelburgio reditum in patriam, qua nunc totos quindecim annos caruit, tutum concedas, tuaq́; autoritate & patrocinio eum juves. Quicquid ei tribueris officij & auxilij, perinde accipiam, ac ſi mihi ipſi contuliſſes. Benè & feliciter M. T. valeat. 22. Januarij, Anno 1583.

David Chytræus.

EPISTOLA LIX.

Magnifico & Ornatiſsimo Domino Antonio Wittercheim J. U. D. & Illuſtrium Comitum Schowenbergenſium Cancellario, Domino & Patrono colendo.

Salutem à Filio Dei Servatore unico.

PErgrata eſt mihi vir Reverende aſſiduitas ſcribendi tua, non inanes tantum λόγȣς, *ſed rerum maximarum, ad*

Dei

Dei gloriam & Eccleſiæ & Reip. ſtatum pertinentium hiſtorias cognitione digniſſimas complectens.

Ordine autem mihi redditæ ſunt, quas Lubecæ, Wiſmariæ, Hamburgi, Amſterodami, & nunc Antuerpiæ dediſti: ac Filio Dei Duci ac cuſtodi piorum, & caſtra metanti in circuitu timentium eum, gratias ago, quod te ſalvum & incolumẽ ad Eccleſiam Antuerpienſem veniſſe, & Deputatis illis præſidibus tuum adventum gratum fuiſſe intelligo. Oro etiam, ut te ac callegas in eodem miniſterio tuos doceat & gubernet. Cum autem & Reſp. iſthic perturbata, & tetra opinionum diſsimilium contagia ſint, propter quæ Eccleſia etiam veſtra tenera minus tranquilla, & facilius omnis generis offenſionibus obnoxia eſt: Primum vos propter filium Dei redemptorem & ſupremum Eccleſiæ ſuæ paſtorem adhortor & obteſtor, ut vos, qui idem genus doctrinæ amplectimini & conſenſum veſtrum & animorum conjunctionem tueamini, quam

ad rem etiam arte, non ſolum animi moderatione, & ἐπιεικείᾳ & tolerantia opus eſt: Deinde quæſo, ut præcipuè ad utilitatem Eccleſiæ directa ſit oratio.

Doceatur populus de rebus neceſſarijs ut rectè cognitis, doctrinæ fontibus piæ mentes, & ament hoc genus doctrinæ, & contraria judicare & refutare poſſint. Hoſtes verò diſcernatis. Eſt interdum refutatione opus, quæ cum ſit graviter & placidè, multò plus conducit, quam ſi quis velit ſcurrilitate cum adverſarijs certare. Cumq; auditorum veſtrorum aliqui non malitia adhuc habeant aliqua errorum contagia, ſed quia ſpecie veri ſeu religionis, animi occupati ſunt, quomodo ſanandi ſint, cogitandum eſt. Et de tuendo conſenſu doctrinæ juxta veſtræ Eccleſiæ Confeſſionem ante 14. annos editam, præcipua veſtra cura ſit.

De ritibus verò non mandatis expreſſo verbo Dei ſeu adiaphoris inter quos rectè privatam Abſolutionem quoq; numeramus, nullo modo contendite, multò

minus

minus ipſi privato conſilio in ritibus Eccleſiæ veſtræ quidquam mutate: ſed Senatus Eccleſiaſtici veſtri ſeu Dominorum Deputatorum deliberationem de ea re expectate: Multi ſuæ conſuetudini favent: nec opus eſt pugnare, ut omnino ritus veſtri ad noſtrarum in Saxonia Eccleſiarum conſuetudinem congruant, priuſquam deliberatione matura ſenatus Deputatorum & miniſterij cum Eccleſiæ conſenſu, certum aliquid decernatur. Hæc bono & ſimplici ſtudio, tibi & collegis tuis pro mea erga vos benevolẽtia ſcribo: atq; utinam non ſolum per literas, ſed etiã coram interdum colloqui poſſemus. Ad D.D. Deputatos de iis, quæ monuiſti, diligenter ſcripſi, ac exiſtimo, quod ad doctrinam de Cœna Domini attinet, poſſe nos bona conſcientia, formam loquendi in confeſſione Antuerpienſi præſcriptam, ad Chriſti verba proximè accedentem retinere & in ea acquieſcere.

Et cum Catechesin ſuam juxta Confeſsionem intelligi & declarari velint: nihil

nihil de definitione illa contendite, cum verè & rectè definiantur Sacramenta esse actiones.

De Cœna Domini, ut in omnibus templis pariter ſingulis Dominicis ſervetur, nolim te pugnare. In Witebergenſi Ducatu vix ſingulis menſibus ſemel in una urbe celebrant, at iſthic ſingulis dominicis diſpenſari intelligo, paulatim conſentiente ſenatu & miniſterio toto, conformitas cum noſtris Eccleſiis hac quoq; in parte inſtitui poterit. Sed non nimium properate. Ad timorem Dei, fidem, invocationem conſtantiam & patientiam in his bellorum calamitatibus & incertis adhuc eventibus, ſi fortè durius eos Deus caſtigare vellet, potius auditores veſtros hortemini.

Hæc multò magis, quam rituum ſimilitudo, neceſſaria & ſalutaria ſunt. Conſolationes in ſimili ferè caſu tempore belli Saxonici 1547. ſcriptas, ex Libello Juſti Menij Von der Nohtwehr / *ſumi poſſunt.*

Illam

Illam orationem tuam (ſemper judico potiorem rationem habendam Eccleſiæ renaſcentis & publicæ concordiæ quã privatarum concertationum, affectuum & commodorum) omni auro & adamante fulgentiorem, & omnibus gemmis & margaritis pretioſiorem, & ex ſpiritu Chriſti haud dubiè profectam, ſummâ cũ voluptate & applauſu legi & aliis prælegi. Cætera quæ de ſtatu Eccleſiarũ Amſterodamenſis præcipuè & Academiæ Leidenſis commemoras propter hiſtoriam mihi pergrata ſunt. Verum Embdæ miror te nullam Henrici Paulini, ad quem literas me tibi dare memini, mentionem facere. Literarum tuarum αὐτόγραφον affini Corvino miſſum recepi, idq́; à collegis meis & Oſvvalde lectum, D. VVedmanno, ut petis, Regiomonte exhiberi curabo. Inde nihil poſt tuum diſceſſum accepimus. Rex Poloniæ ad diem 15. Junij exercitum in finibus Moſcoviæ Zablothæ luſtraturus erat, ἀξιόλογον adhuc nihil geſſit. Bremenſe colloquiũ, ab Archiepiſcopo,

qui

qui ſuam Reputationem & Juriſd: in eo lædi quæritur, impeditum iri arbitror. Epiſcopus Verdenſis, ut archiepiſcopo gratificaretur, Dedekindum Senatui Bremenſi negavit. Quare nec meus Collega illuc accedit. Farensbecius Lubeca in Livoniam præmiſſo Rigam milite, diſceſſit. Rig: die 7. Apr: Regi Poloniæ jurarunt, recepto Burggr: & duab. tertijs Acciſæ partib. Regi conceſſis. Id valdè miror. Quod de Ambroſ. Wolfio Herdeſſiano ſignificaſti gratiam habeo. Etſi n. κέρδος μὲν οὐδὲν εἰδέναι: πόθος γέλως ἐγγύεται, *Vulnerum nobis inflictorum autorem certum cognoſcere: Uxor & filia tua Dei beneficio recte valent. De reſtitutione, Polycarpus nihil adhuc ſignificat. Sed ſciſcitabor ex eo prima occaſione. Bene vale, Roſtochij die congreſſus Mariæ & Eliſabeth Anno 1581.* David Chytræus.

Omnibus tuis Collegis ex hoc Ducatu iſthuc miſſis, ſalutem amanter & officioſe opto. Quibus has literas tecum communio eſſe velim.

Epiſt.

EPISTOLA LXXV.

Ad Conradum Schlüſſelburgium.

AGo tibi gratias pro fauſta comprecatione novi ineuntis anni ſatis formidabilis & minacis. Reprecor tibi tantundem. Literæ tuæ heſterna veſpera ſunt mihi redditæ bene ſerò. Reſpondeo autem diſerte, me nullo modo poſſe tibi hortatorem eſſe conſentiendi in præſcriptas tibi conditiones. Formula tota, ne meminit quidem legitimæ vocationis aut miſſionis tui à DEO, ſed tota in conductione politica conſumitur: qua vel eques vel miles ære conducitur. An verò hoc congruat cum ordinaria concionatorum vocatione ad munus Eccleſiaſticum, tu tecum perpendito.

Et ad totam vitam ſe Eccleſiæ, uno in loco mancipare, totam Evangelij doctrinam de legitima vocatione concionatorum evertit; & Deo præcidit poteſtatem, ſuos miniſtros pro beneplacito in quas velit

velit vineæ operas, aliò transferendi, careteq́; hoc inſtitutum omni fundamento verbi Dei, & ejus Eccleſiæ Chriſti. Et quod majus eſt nemo Juriſconſultus aut medicus fuerit, qui tali obligatione (etiamſi cum re lautiſsimæ eſſet conjuncta) mancipium hominum velit fieri: Et ſimul adimit concionatori omnem poteſtatem ob graviſsimas etiam & juſtiſsimas cauſas, aut etiam propter conſcientiam impio ſe aliquo interveniente jugo, extricandi, adeo etiam ut licet politicus ſtatus præſens, vel aboleatur vel in impium & Tyrannicum degeneraret, aut etiam immanes abuſus, hæreſes & idolomaniæ mandarent, concionatori tamen nulla contradicendi, aut cum Lotho è Sodomis, Deo etiam jubente, emigrandi poteſtas relinqueretur: Nam nulla horum omnium mentio fit in toto ſcripto, quæ tamen inprimis erant neceſſaria! Nec caret gravi ſuſpicione, quod tam multa de parendo Magiſtratui, & ex privatis affectibus nil agendo, ſatis falsò in genere ſine ne-

ceſſa-

ceſſaria reſtrictione, prolixè narrantur: Nec verbum ullum additur in tam verboſo ſcripto: unde conſtet, debitam Miniſterij libertatem ſine προσωποληψία tibi permiſſam eſſe, ut cum libera apertione oris verbum Dei annuncies, quam Eccleſia ardentibus precibus miniſtris optare teneatur mandato Apoſtoli Epheſ. 6. 2. Tim. 3. Nolo rigidius formulam totam ad trutinam vocare & examinare. Satius eſt te priori contentum ſtipendio (ſi aliter fieri nequeat) iſthic docere: quam exiguo illo augmento ſeductum quidquã inconſideratius agere.

Verecundè igitur recuſa totam hanc aſperam obligationem, pete conſcientiæ tuæ parci, ne novas rationes peſſimo & exitioſo Eccleſiæ Chriſti exemplo ipſi excogitent, adeo ſibi mancipandi doctores; quos Deus ſibi liberos eſſe velit.

Eatenus autem tuam operam Eccleſiæ promittito, quamdiu bona conſcientiâ ibi manere & munere tuo, juxta libertatem S. S. juſtam fungi poſſis: nec ſine gra-

viſsimis cauſsis iſthinc te diſceſſurum eſſe.

In concionibus habendis te eis uſurum verbis, quæ te deceant, nec in toto munere quicquam inconſideratè acturum, cum functionis tuæ dignitatem intelligas. Nec hoc tibi diſpliciturum, ſicubi putent te hallucinari, cum homo ſis, te placidè & amicè ea de re alloquantur, & rurſus te qua æquitate deceat patienter audiant: nec delatoribus contra te aures præbeant juxta mandatum Apoſtoli 1.Timoth.5. Non læſurum te authoritatem Magiſtratus erga ſubditos, & idipſum erga te ipſos quoque decere facere, ne Divini Miniſterij lædatur dignitas: Ut ſic ritè DEO ſua & Cæſari itidem ſua dentur: Nec officia à DEO diſtincta per πλυπραγμοσύνην confundantur.

Hæc bona conſcientia & excuſatè meo judicio poteris reſpondere. Benè & feliciter in CHRISTO vale, & de eventu

ventu reſcribe. Lubecæ 2. die Januarij Anno 1586.

T. Andreas Pouchenius.

EPISTOLA XCVI.

Eidem M. C. S.

S.

R*EVERENDE & Clariſſime Vir, Serius reſpondeo, quia illud citius facere varijs ſum modis impeditus. Veniam igitur dabis huic culpæ. Exhibuit mihi cum literis tuis homo quidam mihi ignotus faſciculum quendam laborum, quos Collegæ tui cujuſdam eſſe ſcribis.*

Petis ut judicium meum vobis aperiam & præfatione quadam mea has operas Lectori & Eccleſiæ commendem. Etſi equidem mea ſtudia pijs non deeſſe debere intelligam: tamen facultas faciendi quod petitur, mihi non eſt conceſſa à rebus mihi agendis, quæ ſingulis horis augentur.

Eccleſiæ ſuæ eſſe ſalutarem velit: Et quos manent ob veritatis confeſſionem, præſentia pericula, à Deo tegi veris gemitib. oro. Triſtiſſimo & perverſiſſimo jam vivimus ſeculo, aurib. propemodum omnium prurientibus, & in novorum dogmatum auſcultationem arrectis. Quorſum evaſura hæc tandem ſint, quis non proſpicit? Tua iſta πάντα περὶ πάντων expecto. Nollem Regiomonte dimiſſum eſſe M. Morgenſternium. Dudum eſt, cum à filio poſtremas iſthinc literas accepi querebatur de peſte ibi invaleſcente & eximij vicini ſui domo infecta, tribusq; ibi ſimul decumbentibus è familia, & ſibi ſuisq; ob contagij propinquitatem timebat. Ex eo nil de eo cognovi. Tua V. D. ſi quid habet, peto mihi communicari. Scholam ſcribebat prorſus conſiluiſſe dilapſis auditoribus. M. Gallum a. ab Illuſtriſſimo Principe è Francia venire, ut M. Morgenſternio ſuccedat tibi hæc notiora eſſe credo: Igitur peto fieri certiorem me eorum. Lis Brunſuicenſis ſopita eſt. Heidenri-

 chius

chius Helmſtatum commigravit & ibi publicè docet.

Peto tuam ſententiam de chartis D. Hofmanni quibus 17. errorum. D. Andreæ inſimulat: Putatur non prudenter hoc tentaſſe, & metuitur, ne magnis turbis jacta ſint per eum fundamenta.

Hæc volui cum hic tuas literas à me ad t. p. exigeret. Intelligo eum alio ſe conferendi ſtudio hinc diſcedere, rogavit ſui à me fieri ad t. p. mentionem. Oro igitur, ut quantum poßis eum juves. Procul dubio cognoviſti rumores, qui longè lateq́ ſparſi fuerunt, de me hinc nocturno tempore ejecto & curru avecto Magiſtratus juſſu & conſenſu. Sic quod ſuum eſt pater mendacij audacter egit. Deo me commendo.

Benè valè tu cum tuis. Lubecæ Dominica Eſto mihi. Anno 1589.

Andreas Pouchenius.

Epiſt.

EPISTOLA XCVII.

Eidem M. C. S.

S.

HERI ſunt mihi redditæ literæ t. d. & gaudeo te cum tuis rectè valere. Conjugem meam è morbo ſatis periculoſo ereptam DEUS pro paterna ſua miſericordia mihi reſtituit, quod ei gratias ago.

Quid ſentiam de nova & Eccleſiæ Chriſti omnium temporum ignota conductione concionatorum, qua quoad invivis ſunt, ſeſe coguntur ad certum locum aſtringere non ignoras. Impiam eam eſſe dico, & è diametro cum legitima vocatione Miniſtrorum pugnare, & præbituram graviſſimis pœnis divinis & malæ conſcientiæ cauſam nemo non intelligit, & ſimul ſtabiliet contemptum totius Miniſterij, & ad ſuperbam dominationem & tyrannidem hominum in Chriſti ſervos fideles, feneſtram brevi aperiet.

Digitized by Google

Et ſentient aliquando horrendos conſcientiæ morſus & cruciatus, qui hujus rei ſunt autores & approbatores. Si verum & legitimum hoc ceptum & inſtitutum recens eſt, nemo negabit ſuperioribus temporibus non fuiſſe, nec etiam hodie legitimè ſuo miniſterio fungi, qui ad conſuetum modum non ſunt iſtis illigati carceribus: aut ſi majorum vocationes ordinariæ & divinæ ſunt, non poſſe pro ordinariјs & divinis cenſeri, & has quæ nunc ad iſtum modum ſuſcipiuntur. Et peto hoc autores unum dictum ſcripturæ ſuæ machinationis hujus oſtendere. Nec intelligunt miſeri illi ſcioli quantum juris & poteſtatis vendicent improbis nulla non incuria afficiendi fideles Eccleſiæ doctores, quos ipſi ſibi mancipia obnoxia fecerint.

Et licet prætexant bono ſe & pio conſilio id agere, ut vitentur crebræ & leves migrationes, inanis tamen & vanus ille prætextus eſt, & qui hic potentum ſerviunt voluntatibus & cupiditatibus, impiè

agunt

agunt, & contra conſcientiam mortaliter peccant, & vehementer ἐλευθεροστομίαν καὶ παῤῥησίαν *debitam doctoribus evertunt, nec fieri poteſt, quin ſint muti canes & cœci ſpeculatores, qui harum artium injuſtarum architecti ſunt:* E *mori malim quam ſic indefinitè & ſine declaratione evidenti me obligare: alius faciat & ſuo ſenſu abundet, prout Deo rationem ſe illæſa conſcientia redditurum ſperet. Leges ſunt peſtiferæ hominum vanorum, & luerunt nonnulli eorum horribiles pœnas, quas mirum eſt ab ijs parvi fieri. Ex ijs quæ de* πανζυχοντία *carnis ſcripſi, planum eſt, quid improbem? Quod ad diem Conceptionis & incarnationis Chriſti attinet, de quo quæris, obſervamus & retinemus nos ſemper à veteribus obſervatum morem, ut cum in hebdomadam magnam ſeu pænoſam, ut Bernhardus loquitur, incidit, eum transferamus in die Palmarũ. Habes quod voluiſti, Benè in Chriſto vale. Lubecæ 18. Mart: An: 1589.*

T. Andreas Pouchenius.

EPISTOLA LXXVIII.

Eidem M. C. S.

CUM per occupationes mihi non liceat reverende clariſſimeq́ꝫ Domine Magiſter, ut prolixè ad binas tuas literas reſpondeam, breviter me eorum quos mihi commendaſti, rationem habiturum eſſe ſignifico.

A Domino Gudbrando Tharlacio Epiſcopo Holæ in Islandia cujus longitudo eſt grad. ferè ſeptem, latitudo verò grad. 65. min. 36. ut ipſe ſcribit, ante octiduum ſacra Biblia in Islandicam linguam translata, & elegantibus typis excuſa, accepi, Librum ibidem quoque luculenter compactum, DEO volente, aliquando apud me, cum voluptate & admiratione videbis.

Evangelij Lux, quæ in his locis, juſto DEI judicio extingui incipit, nunc in fine mundi rurſus accenditur. Salutem opto uxori & Collegis tuis. Benè feliciterq́. Vale, Roſtochij Nonis Aprilis

Anno

Anno à nato JESU CHRISTO *1586. Raptim.*

Eſt jam in Islandia officina typographica inſtructiſſima.

T. Simon Paulli.

EPISTOLA LXXXIII.

Eidem M.C.S.

SAlus per eum qui vera noſtra eſt ſalus, JESUM *Chriſtum redemptorem noſtrum, Reverende & Clariſſime vir, Te ex abundantia tui in me amoris officiola præſtita prædicare credo, cum fuerint illa per exigua nec prædicatione illa digna. Gratiſſimæ autem tuæ mihi fuerunt literæ, tum quod de tuo teſtarentur amore, cum ſtatum Eccleſiæ veſtræ declararent tranquillum.*

Ex animo precor, ut in eodem permaneat diutiſſimè, in hac inprimis mundi ſenecta, ubi omnia in pejus ruere videmus, & quia Satanas pater mendaciorum impium illud Sacramentariorum dogma in aulis ſummorum principum longè lateq́ diſſeminare ſtudet.

Inti-

Intimationem nuper Witebergæ publicè affixam, carmen itidem Majoris Poetæ ſummo cum dolore legi, deplorandum certo talia in ijs locis ſpargi ubi veritas primum illuxit: Mali aliquid illos moliri, ubi Deus conatus eorum fortiter non repreſſerit, certum eſt.

Ad D. Polycarpum nuper ſcripſi, ac ſtatum Eccleſiæ illarum regionum mihi ſignificari petij, nuncius nondum reverſus, reſponſionem avidè expecto. Rumor de Electoris Saxoniæ morte hic quoque ſparſus eſt, eum varium eſſe ferunt, certiora de his propediem habebo. Quod multos bonos poſtremam lucubrationum mearum in Evangeliſtas partem expectare ſcribis, ſcias, eam jam ſub prælo eſſe: Non ſunt quidem illa mea ſcripta qualia eſſe debebant pro rudioribus ſcripta. Loci mei communes temporis accurati judicij diligentiæ & doctrinæ multum requirerent, quos in uſum meum ita congeſſi. Laborem illum doctioribus relinquo. Theologiam tuam Calviniſticam expecto avidè,

vidè, gratum mihi feceris, ubi ſi prodierit in publicum exemplar ad me miſeris, gratum me cognoſces.

Pro funebri concione ad me miſſa gratias ago, habeoq́ maximas, relaturus ubi occaſio dabitur. Clariſſimum virum D. Thamnium tuo nomine ſalutavi, librumq́ quem voluiſti obtuli, te reſalutat, plurimumq́ gratiasq́ agit pro miſſo munere. Hæc occupatiſſimus ſcripſi tu feſtinationi ignoſcas oro.

Vale & me ut facis ama. Datæ Cellis Lunæb: 24. Mart: An: Gratiæ 1587.

T. D. frater
Chriſtophorus Fiſcherus Senior.

EPISTOLA XXVI.

Eruditione pietate & conſtantia Confeſſionis ornato viro M. Conr: Schlüſſelburgio, Exuli Chriſti amico & fratri dilectiſſimo.

SAlus in Chriſto crucifixo, cum quo & nos crucifigimur, ut una etiam regnemus. Incidunt tuæ literæ, ſicut & aliæ plu-

plures, doctiſſime vir & amice, in tempus hoc nobis occupatiſſimum. De ſumma igitur rei quam breviſſimè reſpondemus. Grave quidem eſt tuum hoc exilium, ſed ad gloriam DEI, & illuſtrationem veritatis. Teſtimonium, ut in communi etiam cauſa minimè denegamus, nec dubitamus te nobiſcum convenire de doctrina, & ipſis controverſis Articulis cum Witebergenſibus, ſed non mittis Confeſſionem, de qua reddi teſtimonium velis, & quam tuam eſſe certò affirmare poſſemus. Allatæ quidem ad nos ſunt duæ confeſſiunculæ foris alicubi impreſſæ, quarum aliquot exemplaria hiſce adjungimus, veræ ne aut illæ ſint, aut ſuppoſititiæ ignoramus, & an fieri inde judicium de cauſa tua velis. Nos quidem etiam, etſi omnipræſentiam Chriſti, ſeu ubiquitatem, quam vocant, non negamus, graviſſimis tamen cauſis moti ſentimus cum Luthero, non in ea ponendum eſſe fundamentum diſputationis contra ſacramentarios. Videmus præterea

Bren-

Brentium etiam ipſum diſcernere in hac cauſa inter præſentiam & diſtributionem corporis Chriſti: Ac corpus quidem ubiq; eſſe præſens, ſed non ubiq; diſtribui.

Eodem porrò loco habendum eſſe textum & gloſſam Majoris exiſtimamus: Bona opera eſſe neceſſaria ad ſalutem: Et eſſe neceſſaria ad ſalutem neceſsitate præſentiæ: Utraq; enim hæc Propoſitio æquivalet, ac infert illam: Chriſtum non eſſe ſatis ad ſalutem. Longiſsime etiam diſcernendæ ſunt duæ hæ propoſitiones. Bona opera eſſe neceſſaria ad ſalutem: Et Chriſtianis eſſe neceſſaria bona opera: Atq; illi quidem propoſitioni ex diametro hanc opponimus: Bona opera propriè loquendo & ſecundum Evangelium, nulla prorſus ratione ad ſalutem eſſe neceſſaria, quæ cogitari unquam ratio poteſt: Vel ut Apoſtolus loquitur: Impium juſtificari non operantem ſine lege, ſine operibus. Hæ ſunt enim phraſes Evangelij propriæ, ſimpliciter & per omnia excludẽtes opera ab articulo juſtificationis.

Priva-

Digitized by Google

Privatas injurias publicè proponere & Eccleſiam onerare non æquum eſſe cenſemus. Tua verò cauſa ejusmodi eſt, ut proſit eam publicè extare, ita ut narratio facti nuda proponatur, judicium relinquatur Deo & Eccleſiæ.

D. Illyricus ſuam de juſtitia & injuſtitia originali, quam noſti ſententiam, valdè urget, & extollendo magnitudinē peccati benè facit, interea diſcrimen ſubſtantiæ, & eorum quæ in ſubſtantia tanquam in ſubjecto hærent, tollit. Exitus colloquij & belli Gallici mutationes in Eccleſia & Politia adferent. Chytræus noſter Viennam nondum vidit, in vicino oppido Spitz formam agendæ Eccleſiaſticæ compoſuit, & Cæſ: Maj: per dilectos exhibuit. Jam declarationem Articulorum Auguſt: Confeſſ: parat, & formam Conſiſtorij. Quæ an locum habitura ſint, & an ſerio res agatur, à potentioribus incertum quidem eſt. Sed cor Regis in manu Domini quem oremus. Vale mi frater, & per Lipſiam mitto tuam confeſſionem,

omiſſa

omiſſa diſputatione de Ubiquitate Corporis Chriſti, quoad præſentiam & diſtributionem in Cœna Domini. Nam ſi ideò eſt in Cœna Corpus Chriſti, quia eſt ubiq́ꝫ, ſequetur etiam in omni prophana Cœna edi corpus & bibi ſanguinem. Non licet autem à verbis Chriſti diſcedere. Teſtimonium protenus accipies à nobis. Iterum vale & reverenter ſaluta vere nobilem virum tuum Patronum Dn. à Meiendorff. Ratiſponæ in die Cœnæ anno 1569.

T. Nicolaus Gallus ſuò
& fratrum nomine.

EPISTOLA XLII.

Eidem M. C. S.

GRatiam & pacem per Chriſtum: Venerande ac doctiſſime Domine Magiſter. Gratulor tibi de conditione & nuptijs, & oro DEUM, ut cedant ea in gloriam DEI & utriuſq́ꝫ ſalutem. Plurimum me exhilaraſti tuis literis, quas accepi in Julio.

De ſtatu meæ conditionis monſtrabit tibi meas noſter Wigandus. Statueram deſidere in Harcinia aliquot annos, ſed placet DEO, ut hic ſerviam Eccleſiæ. Collegas habeo novem conſentientes mecum in confeſſione, & me reverenter obſervantes. Auditores ſunt benevolentiſſimi. Reliqua omnia mihi etiamnum DEI beneficio placent. Hoc unum me perturbat graviſſimè, Quod nihil hic reſtet vel occaſionis, vel loci, ubi & reliqui Exules Thuringi promoveri poſſint. Noſti enim me natum ad probanda & præſtanda cæteris mea ſtudia & officia.

Vos ſi quid poteſtis iſthic, agite, ſi non conditionibus ſaltem eleemoſynis ſublevate eorum inopiam. Meus Eſaias in otio adhuc deſidet Stolbergi, obtulit operam ſuam alijs, ſed vides etiam umbram noſtram odioſam eſſe ipſis. Ita filius Joannes apud Dominum Meiendorffium ſine conditione & nuptijs cogitur expe-

ctare

ctare vocantem DEUM. His ſi aliqua ratione gratificari poteris tua apud alios commendatione, feceris quidem nobis gratum. Pecuniam quam ſcribis te debere Eſaiæ mitte vel Domino Hildesheimenſi vel Metendorffio, qui rectè ipſi reddent. Dominum M. Joannem Weidemannum meis verbis ſalutabis amiciſſimè. Ex animo colo hominem eruditione, confeſſione purioris doctrinæ & zelo pio præclarum & excellentem. Per hunc optarim moneri Dn. D. Wigandum de edendis commentariys Domini Nicolai Amsdorffij, quos manu propria in pſalterium conſcripſit. Scio enim Dn. Wigandum alioqui eſſe occupatiſſimum. Dni. M. Nicolai Galli elucubrationes diſtributæ & diſperſæ inter fratres jam recolliguntur, ut aliquando publicentur. Si editio earundem promoveri hic non poterit, curabo ad vos transferri. Sed exhibite nobis prius ſpecimen veſtræ induſtriæ in Ambsdorfij Pſalterio.

Ita excitabitis nos, ut vel ſequamur exemplum, vel exemplaria ſcripta vobis mittamus. Gratias ago maximas pro miſſo ſcripto Dn. D. Heshuſij. Nullum hic alioqui vidi exemplar. Utinam libellum D. D. Wigandi de ſubſtantia haberemus, ita juvaremus ipſum hic imprimi. Si quid potes, quæſo tuam nobis fidem hic perhibeto. Doct. Sceleſtinus, M. Martinus Wolſius, Jonas Framus Anteceſſores hujus noſtræ Eccleſiæ, & id genus Manichæi plurimi totam occuparunt Moraviam Auſtriam, Styriam & Carinthiam ſua de peccato originis Mania. Et habent Patronos potentes in aula Imperatoris. Tam fœcunda & procox eſt hæc hæreſis. Senatus & nos Miniſtri Eccleſiæ hujus jam contra Anteceſſores Calumniatores paramus ſcripta mox edenda, ut & reliquos moneamus, & infamiam, quam huic Eccleſiæ inuſſerunt, depellamus. Qui alioqui ſatis periculoſe quotidie confligimus cum Papiſtis, magno numero hanc urbem occupantibus.

Salu-

Salutabis meo, meæ familiæ & meorum Collegarum nomine peramanter tuam coſtam, Domini Wigandi familiam, & reliquos fautores. Ratiſp. 12. Septemb. An: 1574.

Tui ſtudioſiſs.
Bartholomæus Roſinus
Paſtor & Superintend.
Ratiſponenſis.

EPISTOLA CXIV.

Eidem.

GRatiam & pacem in Chriſto JESU triumphante Immanuele noſtro, precor tibi Reverende & clariſsime Domine Doctor Conrade & frater in Chriſto colende, tardius quàm debebam reſpondeo. In cauſſa fuit rei, de qua ad me ſcripſiſti, percontatio, quæ moram aliquam & diligentiam efflagitavit, præſertim cum Eccleſiam concernat.

Gratæ autem mihi ſunt literæ tuæ, non tantum eò quod limites amicitiæ noſtræ ad te quoq; extendi non ingratum mihi eſſe poteſt: Sed etiam propterea, quod

video te ὀρθοδοξίας zelo rectè uti in ea functionis tuæ parte, ubi illo maximè opus eſt. Nimirum Eccleſiæ intereſt hoc exulcerato ſeculo plurimum, qui & quales in eam introduci debeant, cumq́; aliqua, ut ex aliorum relatu habeo, & M. Luca olim circum volitarit non prorſus inanis ſuſpicio, non mirum eſt te & reliquos Dn. Collegas in ejus electione nonnihil cunctari. Sed, ut noſti, ſæpè etiam in hac parte à multis cœco quodam προσωποληψίας affectu potius quam odio veritatis peccatur: Id quod M. Lucæ accidiſſe mihi videtur, qui ut Bergij viri alioquin docti diſcipulus olim fuit: Ita faſcinium amoris erga præceptorem tam citò, ut oportuerat, abjicere non potuit. Jam verò res ſalva eſt.

Rectius enim momentis controverſiæ conſideratis, ſphingem Bergianam abjecit, & confeſſionem noſtrarum Eccleſiarum è libro Concordiæ repetitam

tam amplexus eſt: ita ut manus ſubſcriptione & publicarum concionum luculento, ſæpiusqué iterato teſtimonio eam comprobarit, ac quoties textus refutandæ αὐτοθεσέως dat occaſionem, & ultrò eam arripit & nervoſè Calviniſmos evertit. De libro arbitrio & definitione Evangelij, cum de ijs in noſtris Eccleſiis nulla hactenus diſſenſio extiterit, aut ſi alibi fuit, verborum magis quam rerum diverſitate ſit agitata, non habeo quod addam.

Hæc ſunt quæ tibi, ne juſtiſſimæ petitioni tuæ deeſſem, ſignificanda duxi. Benè in CHRISTO vale, & Dominum Magiſtrum Laurentium ac reliquos Dominos Collegas officioſè ac humaniter ſaluta.

Reſalutat te Doctor Jacobus Faber. Datum Stetini 21. Maij, anno 1596.

Fridericus Rungius D.

EPIST: CV.

Alia Epiſtola,

Ad Conradum Schlüſſelburgium.

S.

REverende & pie vir, amice & frater chariſſime, Experientia Ethnicos Dei ignaros, docuit, plus eſſe in vita humana, amaritudinis, quàm dulcedinis, in qua, ſi unica guttula lætitiæ cuipiam contigerit: è diverſo tres acerbiſſimos dolores infundi. Ignorant autem omnia divina providentia fieri, conſilio & voluntate gubernari, nec fortuitò fieri quicquam. Et hæc eſt noſtra illa ſapiētia, qua eos anteimus, quo firmiter confidimus, ne pilum quidem capitis noſtri eſſe, quin Deo notus ſit & numeretur, adeoq; ei curæ, ne quid ei noxij accidat, niſi Deo volente. Sic de vitæ noſtræ curriculo ſtatuamus, ipſo nos docente: Non nobis, ſed Domino nos vivere & mori, eumq; eſſe vitam noſtram & longitudinem dierum noſtrorum & annos, in libro ipſius eſſe ſcriptos addita ſimul

ſimul certa meta, quam ubi attigerimus ab omnibus ærumnis eripimur, & in pace hinc, ad æterna percipienda evocamur. Nec Deus attendit in ſuis, quomodo hinc exeant, ſed quales. Nec mors, ſive lenta, ſive ſubitanea fuerit, mala eſſe poteſt, quam bona vita præceſſit. Beati enim ſunt, qui in Domino moriuntur. Etſi enim non parum doloris, hoc nomine mihi inceſſerit, nuncius triſtiſſimus, de chariſſimæ conjugis tuæ, ex hac vita in æternam beatitudinem evocatione, facileq́ꝫ æſtimare poſſim, non leve vulnus te inde accepiſſe, & ingenti deſiderio teneri, præmiſſæ tuæ animulæ: Quis enim uſqꝫ adeò eſt ferreus, quem ejusmodi res non vehementer angant? Tamen ſimul confido, Te, Deum vera fide invocatum petere, ut dolorem hunc acerbiſſimum, tibi propter Chriſtum mitiget, piam patientiam largiatur, ut Dei voluntati ſanctæ morem geras, nec felicitati præmiſſæ conjugis invidere, qua ea jam lætiſſima fruitur, & te Dei gratiæ & tutelæ committas.

Digitized by Google

tas: Eſt enim hæc via univerſæ carnis, quam nemo declinare poteſt, & patriam manentem hîc nemo pius unquam expetivit, aut eſſe cenſuit. Deus è ſtationib. ſuis, hæredes ſuos fideles evocat domum, ſed non ratione una, & eadem, ut doceamur, non genere mortis, pios turbari debere, nec cruciari, ſed conſolandos nos eo, quod conſtat defunctum vixiſſe Chriſto, nec alij, quàm ipſi vitam clauſiſſe. Nec dubium eſt, ſingulare quiddam, hiſce repentinis piorum ἀπολύσεσιν *portendi. Deum oro, ut cor tuum mœſtum, ad piam patientiam flectat, & te, ſuæ Eccleſiæ, diu incolumem ſervet. Mitto tibi Epiſtolam, communis utriuſq; noſtrum, fidelis & pij Amici, D. Johannis Hennichij, qui non eſt* ἄγνωστος καὶ ἄπειρος, *multarum adverſationum, quæ ipſi cuduntur, alios experiri omninò debuit, ſed ex querelæ fidelium Doctorum Eccleſiæ, jam paſſim regnant. Benè in Chriſto Jeſu, vale. Dabantur Lubecæ 22. Jan. an. 92.*

T. in Chr. fautor
Andreas Pouchenius Sup.

Epiſt.

EPISTOLA CX.

Ad Conradum Schlüſſelburgium.

Salus à Filio Dei Servatore noſtro.

REverende & clariſſ: Dn. Superintendens, amice & frater in Chriſto colende, quod grata tibi fuit nuper, qualiscumq; animi, erga te benevoli, declaratio, pro qua tantas egiſti, & rurſus in literis agis gratias, id mihi quoq; gratũ eſt. Neq; aliter, de me tibi perſuadeas velim, quod veteris Amicitiæ noſtræ, me conſtantem cultorem manſurum: tametſi tempus & negotia interdum incidant, ejusmodi in quibus etiam contra voluntatem officia expetita, Amicis deneganda ſint. Quod verò literas Theologorum Jenenſium mihi inſpiciendas miſiſti, non ita accipio, quaſi me meosq; collegas, dolore aut moleſtia aliqua afficere volueris, ſed ut judicia orthodoxorum aliorum de noſtris, cum Hubero actionib. nobis amicis ſignificares.

D. Reu-

D. Reudenij mitius eſt, D. Mylij acerbius, quem propter eximia ingenij dona & præclara, in Eccleſiam Dei merita, hactenus magnifecimus, omnes & amavimus. Quare nec hic judicium ipſius prorſus aſpernamur plæriq; noſtrum ſenes ſunt, Et proverbium tritum eſt. Bis pueri ſenes. Cui pulchram addit interpretationem, ſeneſcens jam, Seneca non, inquit, bis pueri ſumus, ut vulgò dicitur, ſed ſemper: Verùm, hoc intereſt, quod majora nos ludimus. Ita fortè concedendum erit, quod non modò Huberus, turpiter nobis impoſuerit, ſed quod nos ipſi turpiter, pueriliter ætatis vitio nos decipi, ab ipſo paßi ſimus. Cogitet verò bonus ille vir, qui de nobis talia ſentit, ſed quoq; Hominem eſſe, & ſi Deo ita placuerit, ſeneſcere poſſe. Ac memor ſit Paulini præcepti: præoccupatum in aliquo delicto, ſpiritu manſuetudinis, ab his qui ſpirituales ſunt, corrigendum eſſe: Ubi ſtatim tranſit Paulus, à plurali numero ad ſingularem, notabili Emphaſi, conſiderans temetipſum, ne &

tu

tu tenteris. Habuit ipſe, ante Triennium, concionem Witebergæ, de prædeſtinatione, quam & publice edidit, in qua Huberi, eam Univerſalitatem, quam & nos conceſſiſſe arguimur, manifeſtè defendit contra Calvinianos. Nos perſuaſi ab Hubero, ſe propter eoſdem Calvinianos eãdem tueri cupere, admiſimus quidem in pagella propoſitiones ab ipſo ſcriptas, quæ Univerſalitatem talem affirmant, ſalva tamen cenſuræ noſtræ præcedentis ſententia, quam Huberi propoſitionum, explicationem eſſe voluimus. In eo, ſi quid erratũ à nobis eſt, puerilitatem fatebimur, turpitudinem deprecabimur. A ſcripti verò noſtri, quod propriè noſtrum eſt, & ut ipſe hîc nuper dixiſti, ſatis munitum verbo Dei, ſententia non recedemus, quam & Witebergenſes Theologi non improbant. Cum Lubecenſibus & Hamburgenſibus Theologis, nos quoq; Huberi dogma damnamus, in cenſuræ noſtræ altero extremo. Hunc enim unicum & proprium eſſe ſtatum controverſiæ cum Hubero,

ad

ad nos ſcribunt Witenb: Num Deus omnes indiſcriminatim homines, ſive credant in Chriſtum, ſive non credant, ſive ſint in Eccl. ſive extra Eccleſiam, elegerit ac prædeſtinaverit ad vitam æternam, electione propriè, ſic dicta. Nos affirmativam, non modò inpropriam, ſed planè falſam eſſe dicimus. Non igitur cum Huberi errore, ut inſimulamur, ſed cum alijs Eccleſiis orthodoxis, cum Form. concord. tum cœleſti veritate nobis conſenſus eſt: & Deo juvante manebit. Ac longè commodius jam ſentit, & loquitur Huberus ex aliorum monitionibus quàm initiò, id quod ipſi etiam Witenb: Theologi, in ſua Apologia, ad editam ejus confeſſ. fatētur contemptum noſtri, apud illos præcipuè, qui controverſiam Huberianam, penitius intelligunt, feremus patienter, donec apud alios rurſus nos Dominus honoraverit, qui etiam aliquid honoris, canis capitibus licèt interdum nutantib. deferre norunt. Utinam, cautius ſibi quam nos, proſpiciant illi, qui controverſiam hanc,

tantis

tantis animis agitant, ne & ipſi alicubi impingant. Multos n. habent obſervatores. Paſtorem Exulem à te mihi commendatũ conſilio & re, quantum fieri potuit juvimus, ſicut ipſe narrabit. Benè & feliciter, vale cum conjuge & familia 15. Jul. 1596.

T. L. B. S.

Alia ad eundem.

EPISTOLA CXII.

QUAM mihi αὐτοψία, negavit tui notitiam, vir reverende & clariſſime, frater in Domino honorande, eam ex αὐληθέος τῆς ὀρθοδοξίας, Lutheranæ, & ἀνορθοδοξίας, Cinglianæ & Calvinianæ, à te edita, mihi comparavi, ut quod tu, de me ſcribis, te mihi nequaquam ignotum eſſe, verè affirmare poſſim. Quo autem collationis per literas mutuæ officio, notitiam mutuam, tu inter nos confirmari, & exardeſcere cupis, præter preces ad Deum, mutuas, ab eo ut me nequaquam alienum eſſe intelligas, de propoſitis à te quæſtionibus duabus, ſententiam meam tibi ὁμόψηφον, paucis accipe.

At

Ac ad priorem quod attinet, judico. Rationes à te adductas, ad probandam immunitatem noſtri ordinis, ab onere Tributi Turcici, ſatis momenti habere, quibus addi poteſt Exemplum Pharaonis Ægyptij, quem Moyſes teſtatur, licèt extrema neceſſitas coactus, autor fuerit exactionum graviſſimarum in Ægypto, conſilio tamen & ſuaſu Joſephi monitus, Sacerdotibus Ægyptiacis, immunitatem ab illis conceſſiſſe, clementia ſingulari & ἐπιεικείς*, piorum principum noſtri ſeculi, imitatione, haud indigna.*

Ad poſteriorem, quod ſpectat, nequaquam ocioſum aut ludicrum ſpectaculum eſſe exiſtimo, publicam & ſolemnem introductionem, & quaſi inveſtituram Miniſtrorum Chriſti, recens vocatorum ab Eccleſia, multò minus fermentum ſuperſtitionis Pontificiæ, cum ſit illuſtre & neceſſarium legitimæ vocationis, & ab omni privato uſu alienæ, imo divinæ Teſtimonium, cum quo conjunctâ eſt invocatio Dei religioſa, pro felici Miniſterij ſucceſſu

& be-

& benedictio publica, quæ nihil eſt, aliud, quàm nomine Dei facta divini auxilij & efficaciæ Miniſterij promiſſio ampliſſima, & ad animandos τȣ̃ς νεοφύτȣς utiliſſima, cū his cōcurrit in hoc Actu Admonitio gravis, recens vocati, de omnibus partib. officij, prudenter & fideliter obeundis, quæ quia in facie Eccleſiæ, imo ipſius DEI & Angelorum conſpectu ſit, & præſentia non poteſt, non in animo Miniſtri, ſtimulos & aculeos relinquere. Additur & Teſtificatio publica, de certis donis Dei, in vocato concionatore lucentibus, quod eidem meritò calcar addit, ut qualis perhiberi vult, talis eſſe ſtudeat, & ſit Exhortatio Auditorum ad eum honore afficiendum & obſequium illi præſtandum, quorum neutrum poteſt planè eſſe ἀνενέργητον. Deniq; νυμφεύματα ſpiritualia, celebrantur. In hac ſolenni Actione, quibus Miniſter verbi, Deo conſecratur, & Eccleſiæ obligatur, ad fidem præſtandam, & rurſus Eccleſia, ad hunc amplectendum devincitur, non aliter atque

ad Aram. Sponſi & Sponſæ, fit obligatio mutua, per Miniſterium, ut Canoniſtæ loqui ſolent. Huc ſuccedit Exemplum Chriſti Eccleſiæ Doctoris unici, ἐ ἀρχιποιμένοι voce patris cœleſtis renunciati & commendati Eccleſiæ: Hic eſt filius meus &c. Et præſentia S.S. declarati & veluti inſignibus Doctoralibus ornati, in Baptiſmo. Et quidem non in obſcuro angulo, ſed audiente & aſpectante maxima hominum multitudine, ad Jordanem: quo ille ipſe ritus, non modo ab omni vanitatis aut ſuperſtitionis crimine vindicatur: ſed majorem in modum nobis commendatur, ut exemplo Chriſti, recens vocatos, verbi Miniſtros Eccleſiæ ſolenne actione, ſiſtendos & commendandos eſſe meminerimus, uſque ad finem Mundi.

Plura attexi, nunc probibet interpellatorum in Mercatu, bujus urbis multitudo. Exemplum Theologiæ Calvinianæ in vernaculum ſermonem à te converſæ, quod offers, grato animo accipio: Et ſymbolum mei erga te ſtudij officioſi, bas

Theſes

Theſes tibi exhibeo. V. feliciter, Deo te gubernante & conſilia ac labores tuos, ad ſalutarem exitum, provehente. Datum Lipſiæ, 6. Jun. an. 1696.

T. in Dom. Zach. Schiller D.

EPISTOLA CXVI.

Alia ad eundem. D. C. S.

S. D.

SPem feceram, clariſs. Dn. Doctor, compater cariſsimè, me miſſurum confeſſionem meam contra AntiLutheranos, h. e. eos, qui nobis doctrinam Lutheri corrũpunt. Idq́ circa Autumnum fore confidebam: Verum crevit mihi opus ſub manib. ut hoc tempore abſolvi non poſſet: Quia quotidiè nova offerebantur, in quib. noſtri ẽt temerè ſcientes volentesq́ à Luthero recedere incipiunt. Sunt n. qui nõ reverẽatur ex uſu facere ſubſtantialem partẽ cœnæ Dom: Et nõ ſolũ negãt extra usũ ſeu eſũ ſub pane & vino adeſſe corp9 & ſangu: Chr:) quod & nos cõſtãter docuim9 & adhuc docem9) verũ ẽt ante uſũ in ipſa act: cœnæ. Et ſicut sẽper error errorẽ parit, ita ẽt hic error facit, ut conſecr: negẽt: utrũq́

 contra

contra manifeſta ſcripturæ, S. Patrum, Lutheri, D. Chemnicij, Weſtphali & aliorum Orthodoxorum teſtimonia, & Dn. D. Wigandi cenſuram inter nos Lutheranos & Dantiſcanos Sacramentarios, qui Dantiſcanam Eccleſiam ſeduxerunt. Cumq́; jam ad hos etiam refutandos trãſiturus eſſem in mea confeſſione: Ecce retraxit me à propoſito Illuſtris Magnificus & generoſus Heros D. Dominus Joannes Zborovius Caſtellanus Gniſnenſis Capitaneus noſter, cui recitaveram locũ de Eccleſia, in quo non ſolum Papiſtas ex Luthero ferè tantum: ſed etiam Calviniſtas breviſſimè: Copioſiſſimè a. Fratres Bohemicos Pſeudovvaldenſes refutavi, propterea quod illi nos ſæviſſimè perſequuntur.

Fratrum Bohemicorum ſecta & res ejus pauciſſimis in Pruſſia & Germania ſunt notæ: Et tamen veræ Eccleſiæ plus nocent quam Papiſtæ. Fuerunt ante annos triginta plures quam centum puræ Lutheranicæ Eccleſiæ in Regno Poloniæ,

qui

qui contra omnis generis corruptelas, præcipuè autem contra hanc ſectam intrepidam edebant confeſſionem. Sed omnes illas ſub ſpecie diſciplinæ quadam hypocritica deceperunt, & funditus everterunt, ut nunc Magnatum ſolus noſter Magnificus puræ Lutheranæ doctrinæ in veteri & incorrupta Auguſtana confeſſione comprehenſæ ſit addictus. Fuit hactenus Poſnanienſis Eccleſia ſola noſtras: Sed à Fratribus illis hæc quoq; turbata everſa eſt, & ad nebulones illos tranſijt.

Nam eo rem Factio illa perduxit, ut per confuſionem Relligionum (ipſi conſenſum fidei & relligionis vocant) ejectus ſit Polonicus Paſtor Dominus Andreas Lupianus, & Germanicus quoq; dimiſſus in Sileſiam abire, cogito ideo, quod cõfuſione Samariticæ illi ſubſcribere, nec jugum cum incredulis, hoc eſt, Blaſphemis Sacramentarijs & fraterculis trahere, nec cum irriſoribus ſe conjungere voluerunt. Mihi res illorum à quadraginta

annis ſunt notiſſimæ, mira de illis in lucem proferam. Thoruniæ mihi graviſſima fuit cum iſtis concertatio, quæ colloquio in præſentia aliquot Polonicorum Magnatum ita compoſita eſt, ut mihi meam Eccleſiam cogerentur miſſam facere, & abſtinere à nocturnis concionibus & diſpenſatione Sacramentorum &c. Inſerui etiam meo ſcripto brevem conſenſus illius impij, quo totam Poloniam peccare faciunt, refutationem. Ideò oravit magnopere Magnificus noſter, ut ſepoſitis reliquis Confeſſionis meæ articulis, hunc tantummodo articulum primo quoque tempore contra hoſtes in lucem emitterem.

Cum itaq; quod voluit, abſolverim, oro ut mihi ſignifices, an ſine longiori mora edi poſſit, ut vel hac ratione Papiſtæ à perſecutione retrahi poſſint. (Nam multis Eccleſiis, ejectis ſinceris Doctoribus, lupos obtruſerunt, hac in terminatione auditoribus propoſita, ut ſi qui præſumãt alibi ſumere ſacramenta, in vitæ vel fortunarum

tunarum

tunarum diſcrimine ſunt futuri) Et aliqui ex Bohemicorum Fratrum tricis & pedicis eripiantur. Meis impenſis edere non poſſum: emam tamen viginti florenis exemplaria quam primum precium indicabis: Spero autem Typographum faciliori precio mihi venditurum, quam Bibliopolæ. Materia erit vendibilis, non tantum in Germania, ſed vel præcipuè in utraq; Pruſſia, & tota Polonia. Omnes, quibus innotavit, hic meus contra F. Bohemicos labor, urgent & inſiſtant, ut properem & editionem maturem. Es wird das Büchlein vber 20. Bogen geben/iſt Lateiniſch. *Honorificam mei inter alios feciſti mentionem in tua Calviniana Theologia, & nomen meum retuliſti inter eos, qui ſtant in prælio in die Domini, pro hac tua de me pia ſententia tibi magnas gratias ago. Nam in illorum numero, usq; ad extremum vitæ halitum, Chriſto juvante permanebo. Audio te honore Doctoratus auctū, de quo tibi gratulor, & Deum oro, ut te diu Eccleſiæ ſuæ ſuperſtitem conſervet.* Pauci

Pauci enim nunc ſunt veri Lutherani; Mitterem exemplum impij conſenſus Sacramentariorum in Polonia, cui ſubſcripſerunt PſeudoLutherani Calviniſtæ & Fratres Bohemici: Sed quia Poſnaniæ in feſto Corporis Chriſti diabolus diabolum impugnando, Ieſuitæ everterunt duo templa & ædes duas Miniſtrorum Bohemicorum, noviter edita exemplaria pro octingentis florenis partim combuſta, partim ferro & pedibus protrita ſunt, nullum proſtabat exemplum, quod mittere potuiſſem. Exagitavi in meo ſcripto impium hunc ſyncretiſmum non pro dignitate (quis enim hoc poſſet) ſed pro viribus in hac ſenecta. Etenim 70. annus ætatis meæ jam fere ad finem Divina gratia perductus eſt, vires corporis adhuc ſunt integræ, & vigorem ſuum habent. Poſſum enim adhuc iter trium milliariũ Germanicorum ante prandium ſine moleſtia pedes conficere: ſed caput labore continuo in magnis templis Dantiſci, Thoruniæ & Regiomonte triginta totos

annos

annos debilitatum eſt. Ideo etiam lenimentum laborum loci mutatione quærere coactus ſum, ne mihi uſu veniret quod Dominis Polyandro, Chriſtophoro Mednic Paſtoribus, & Diaconis Dn. Franciſco Freudenhamero, & ante annum Domino Lucæ Bilango uſu venit, quos omnes Paralyſis ab officio removit. Vale una cum tuis. Datæ Graudenti celerrimo calamo. Avide expecto tuum reſponſum. 4. Sept. Veteri ſtylo An: Chr: 1596.

T. E.

Cariſſimus Compater.

Benedictus Morgenſtern.

EPISTOLA CXX.

S. D.

R*Everende & Clariſſime Dn. Doctor, amice perpetuo colende. Literæ tuæ 26. Novem. ſcriptæ ante paucos dies mihi ſunt redditæ, quibus de Conſiſtorij noſtri ratione, deq; caſu propoſito edoceri cupis.*

Reſpondeo breviter. In Conſiſtorio illuſtriſſ. Ducum Megapolenſium certam

ordinationẽ præſcriptam & in decidendis cauſis ad Conſiſtorij cognitionem pertinentibus, obſervandam habemus. In eadẽ ordinatione diſertè conſtitutũ eſt, ut denſiones cauſarum Matrimonialiũ in ſacris literis Lev. 18. 1. Cor. 7. Matt. 19. & alibi traditas atq; comprehenſas, ſequamur neglectis ijs, quæ aliter in Juris Pontificij Canonibus ſtatuta reperuntur. Quamovis verò de diſpenſatione in aliquibus caſibus facienda ordinatio noſtra nihil contineat. Attamen ſi qui caſus obveniant, in quibus diſpenſationum Locum habere poſſe exiſtimamus, eos ad Illuſtriſſimum Principem, Magiſtratum legitimum & ſuperiorem remittere ſolemus, addita ratione quapropter diſpenſationem admitti poſſe exiſtimemus. Quod v. in ſpecie ad Quæſtionem attinet. An quis fratris ſui defuncti relictam ſponſam in uxorem ducere poſſit. Non equidem ignoro Jura Pontificia tali caſu matrimonium prohibere, neq; habita publica honeſtatis ratione, diſpenſationem ullam admittere.

Verum

Digitized by Google

Verum in noſtro Conſiſtorio illis Pontificum Conſtitutionibus, cum ſuit Juris poſituri & à jure divino alienæ, non movemur. Quare, ſi frater defunctus ſponſam ſuam non cognovit carnaliter, ſed res adhuc eſt integra, ſtatuimus, facta diſpenſatione per ordinarium Magiſtratum politicum, fratri ſuperſtiti, cū defuncti ſui fratris ſponſa, matrimonium eſſe concedendum. Idq; in hac noſtra Provincia aliquoties factum memini. Eſt enim certa & juſtiſſima ratio, cur tali caſu diſpenſatio, fieri queat, quam ſatis eleganter Doct. Hemmingus Danis in ſuo tractatu de Conjugio tot. de Repudijs §. preterea demonſtrat. Nam licet inter ſponſum & ſponſam conſenſus intervenierit de contrahendo conſumendoq; matrimonio, tamen ante deductionem in domum pro completo matrimonio non habetur.

Hanc quoq; ſententiam, in aliis reformatæ Religionis Conſiſtoriis teneri videmus, ut tradit D. Joachimus

Beuſt

Beuſt in ſuo tractatu de Matrimoniis c. 53. ubi hanc quæſtionem in terminis deciſum eſſe noſti. Aut enim dubium non eſſe, Quod hodie per Magiſtratum ſuperiorem poßit fieri diſpenſatio. Hæc tibi Domino & amico meo petenti libenter communicare volui, cupiens tibi in majorib. pro modo facultatum meorum gratificari, cui etiam ex animo omnia fœlicia precor. Benè vale. Roſtochij 9. Decembr. anno 97.

V. R. & excel. ſtudioſiſs.

Bartholomæus Clingius D.

EPISTOLA LXII.

Salus in Chriſto.

Quin meas literas jamdudum expectaris, Conrade amiciſſime, equidem minimè dubito. Fateor enim tibi, quod mora iſta diuturna mihi quoq; non parum fuit moleſta, quam ego facere in ſcribendo, non tam mea voluntate aut occupationibus, quàm cunctatione aliorum coactus fui.

Verum

Verum ego poſteaquam ejus rei curam, quæ abs te mihi eſt commiſſa, in me receperam, ſic plane in animum induxi meum, nullas ad te, niſi ex animi voto cōfectâ re, literas dare. Tardius autem cum acceperam reſponſum ab ijs, quibus cum mihi cauſſa tua fuit tractanda; factum eſt, ut opinione longius literarum ſilentium interceſſerit. Cæterum paucis abhinc diebus, remiſſi ad me ſunt Tubingâ codices, una cum literis, quibus Profeſſorum illorum judicium de lucubrationibus tuis prolixè deſcriptum continetur. Earum literarum ego ἀπογραφὴν tantum ad te miſiſſem, propter κακογραφίαν, qua futurum metuebam, ne tu poſſes ſcriptorū mentem aſſequi: At verò ne quid à me affictum eſſe ſuſpicari poſſes, quod aures tuas demulceret: vel omiſſum, quod animum tuum offenderet, ipſas ad te Collegij Theologici literas mittere viſum eſt, quas tu his meis conjunctas, uti ſpero, accepiſti. Fruſtratus ego quidem ſum ſpe, quod Tubingæ putavi fore Typographum,

qui

Eorum lectione quantoperè ſim delectatus, ſcribere vix poſſum. Jam enim dudum optabam hujus generis tractationem à quoquam inſtitutum cernere. Et ego recordabar mei inſtituti, quod in Jeſuitarum ſcriptis pellegendis pari ferè cõſilio ſuſceperam. Cœpi itaq́ ſtatim collegis meis laboris tui utilitatem prædicare, & in publicam etiam abituræ ſpem facere. Unum erat ferè quod ego mutatum volebant, ordinis inſtitutum, nimirum ut quæ tu in autorum titulos retuliſti, ea in materiarum ſeu locorum cõmunium claſſes eſſent redacta diſtributaq́, ut lectori quæ ſit Cinglianorum de Communicatione Idiomatum, Majeſtate Chriſti, ſententiæ avidè cognituro, ſtatim in promptu eſſet univerſa ſcriptorum adverſantium congeries. Vidiſti haud dubiè hujus generis aliquid in ſcripto quodam, Doctrina JESU *& Jeſuitarum in ſcripto, quod eſt D. Marbachij, piæ memoriæ, opera in publicum ſuperioribus annis editum.*

Et

Et quia tu liberrimam mihi cenſuræ poteſtatem feceras, cupiebam, ſi id occupationes meæ permiſiſſent, ſaltem in privatum meum uſum, opus tuum ad rationem aliquam iſtius ordinis accommodare, qua de re literis etiam meis ad Heerbrandum meum ſum teſtatus. Quin etiam ſingularis, imo maximi beneficij loco duxerim, ſi in uſum iſtum adhuc codicum tuorum copia mihi eſſe queat.

Tot enim Cinglianorum ſcripta evolvendi, mihi ſanè in iſtis turbis occupationum nunc non eſt ocium. Sed tum temporis obſtabat anguſtia: nunc tu codices tuos, niſi imprimendi ſint, primo quoque tempore tibi remitti poſtulas. Remitto itaq; eos, quos ſi non cum hiſce literis: ſaltem propediem, uti ſpero accipies cum vectore oblata fuerit iis commoditas, quibus tu eos remitti voluiſti, Jeniſchiis ſcilicet. Rogo autem te etiam atq; etiam ſi non ſis eum in te ſuſcepturus laborem, quem Profeſſores Tubingenſes exoptant, ut in publicum aliquando lucubrationes

tuæ

tuæ prodeant: ſaltem ſi eſſe aliqua poßit, deſcribendi copiam facias.

Quod ego beneficium, quamvis mea opera recompenſaturus ſum, atq; id fideliter atq; candidè daturus operam, ne iſta res unquam tibi fraudi ſit. Quin ſi plura non poßint, ea duntaxat mihi communicari velim, quæ tu ex Cinglianorum ſcriptis conſignaſti, idq; non niſi in latinis codicibus. Qua de re quid mihi ſperandum ſit ex literis tuis ſuo tempore intelligam.

Veſtræ Eccleſiæ atq; urbis ſtatum afflictum, ſanè, uti par eſt, commiſeror, Calviniſtarum deformationem invaleſcere, atq; ad eos à nonnullis inclinationẽ ſeu defectionem potius parari, ex animo doleo. Multò autem magis ingemui cum te ex iſtis locis liberari tandem fortè etiã abitum parare, ex literis tuis intellexi. Noli quæſo mi frater, manu jam aratro admota, reſpicere. Grave quidem fateor onus, neq; etiam minus periculum in iſto loco ſuſtines: Sed & lucri Chriſto faciẽdi major eſt in iſtis locis ſpes tibi, ni fallor,

 propo-

propoſita: Et nobis ut palmæ floreſcendum eſſe, hoc eſt, contra onus majori conatu aſſurgendum, ipſe facilè intelligis. Faxit autem DEUS, ut ex noſtris aliorumq́; precibus optata fiat ad rerum veſtrarum felicitatem, animorumq; fortitudinem acceſſio.

Facere autem non poſſum, quin tibi hic quæſtionem proponam, qua noſtræ Religionis primarios fautores Pontificij quidam hic exercent, ad cujus explicationem tu nobis afferre magnum momentum poteris.

Calviniſtas Religionem armis & quavis etiam rebellione quærere jampridem notum & compertum eſt. Cæterum Lutherum autorem fuiſſe noſtratibus aſſerunt, quidvis potius patiendi, quam Religionis prætextu ordinariam Magiſtratus poteſtatem excutiendi. Nuper autem cum Regi Hiſpanico magiſtratus apud nos abrogatus, ſigilli poteſtas erepta, inſignium monumenta abolita paſſim ſunt, quia in hanc rem veſtra quoq; conſentit eccleſia,

atq;

atq; eodem libertatis privilegio nunc cum Calviniſtis fruitur: Si quando hujus rei ſit veſtræ Eccleſiæ coram aliјs reddenda ratio, quibus modis hoc ſitis excuſaturi. Si mihi de facti totius modo, de Provinciarum privilegiјs, de cauſis abrogatæ Hiſpannicæ tyrannidis conſtaret, rectius cauſæ veſtræ patrocinari poſſem: aut ſi ſcirem, à quibus iſta quæſtio autoribus, quo ſcriptorum genere defenſa eſſet. Nunc quia iſta ferè omnia ignota mihi ſunt; ad tuam explicationem confugio, quam paucis capitibus notatam mihi communicabis.

Supereſt unum de quo te monendum eſſe judico. Literæ tuæ hactenus ferè omnes malè munitæ atq; obſignatæ in manus meas pervenerunt, Sigillum tuum ita attritum ſemper eſt, ut hactenus figmenti nihil diſcretè potueram in eo dignoſcere: accedunt puncturæ quædam plerumque cultro inflictæ, quæ deformationem augent etiam: ut ſuſpicari cogar, eas à quopiam reſignavi,

tum digiti preſſura rurſus allini. De quo tu ut rectius judicare poſſis, ſpecimen tantum unum ex proximis tuis literis reciſum tibi hic inſertum mitto. Nolim enim tibi literas ab alijs reſignatas fraudi aut periculo eſſe.

Jeſuitæ, quia collegium ſuum apud vos, ut audio, magnificè extructum deſerere coacti ſunt: quid juris habeant, aut quid commodi ex ædificio deſerto accipiant, aut olim abſtulerint, ſcire aveo.

Apud nos in dies ſingulos expectamus comitiorum indictionem quæ ſi hic futura ſint, ego cur urbis noſtræ ſaluti metuā multis rationibus ducor. Rerum novarum præter ea nihil habemus: Regem Hiſpanum magnis potitum nuper eſſe opib. ex tranſmarinis inſulis, fama cōſtans eſt, quæ ne vobis funeſtæ appulerint, faxit Deus. Electores Evangelici Theologos ſuos, Saxo Selneccerum, Brandenburgius Chemnicium, Palatinus Kirchnerum nuper Erphordiam ablegarunt, ad Apologiam Concordiæ publico nomine adornandam

nandam, Deus illos Spiritu ſuo regat. Amen. Vale in Chriſto. Reſalutant te cum tuis ſymmyſtis Collegæ mei fraternè. Ego D. Caſsiodoro ex me ſalutem officioſam nunties, etiam atq; etiam rogo. Anno 81. in Patria Auguſta.

T. R. D.

ex officio ſtudioſiis

G. Mylius D.

EPISTOLA CXVIII.

Reverendo Miniſterio Stralſundenſi.

Salutem in Salvatore.

F*Ieri interdum noſtis, viri Reverendi amici & fratres in Chriſto dilectiſsimi, ut quæ veritate vincere non poteſt cauſa, autoritate vincat.*

Obſervavit hoc ſuperiori anno D. Daniel Hofmannus Theologus & Profeſſor Helmſtadianus in eo, quod ad Illuſtriſsimum Proelectorem Saxoniæ Dominum meum clementiſsimum miſit ſcripto gemino quoq; errorum & hereſeon fœdiſsimarum reum me agens, in extremum

fortunarum, honoris & ſalutis diſcrimen adducere laboravit. Quâ in re, quamvis facilè fuit mihi demoſtrare id, quam parum veritate poſſet, quod gemino itidem ſcripto oppoſito præſtiti: hæſit tamen alter ſcrupulus, qui non meum magis quam eorum, coram quibus cauſa iſta acta fuit, animos exercere potuit. Nam authoritate etiam cauſam ſuam munijt, hoc eſt, conſenſum ſibi in toto negotio controverſo intercedere jactitavit cum Eccleſiis Saxonicis omnibus, & inter has nominatim etiam cum veſtra.

De vanitate gloriationis iſtius ego quidem hactenus dubitationis nihil in pectore meo ſenſi. Sed occaſionem tamen mihi offerri aliquoties optavi, ut quam vana eſſet iſta D. Hofmanni jactantia, non ego tantum noſſe me ſentirem: ſed alios etiam publici ſcripti teſtimonio condoce facerem. Occaſionem illam infelix ejusdem epiſtola mihi præbuit, quam in ſimili planè argumento cum ſcriptis ſupra dictis cogeſtam, & ab ipſomet ſparſam

ſam Calviniana virulentia ἐνχαρικα- κίᾳ duobus in locis nuper impreſſam e- vulgavit, cui à me Apologeticus eſt oppo- ſitus iſte, quem videtis. Quæ & quan- ta hujus rei fuerit mihi neceſſitas ex de- dicatione cognoſcere prolixè poteſtis. Vi- debunt ni fallor, & agnoſcent Eccleſiæ, non eſſe contra Charitatem ſi unius ſcan- dalum multorum pace compenſetur.

Melius eſt enim, teſte Bernhardo, ut pereat (aut patiatur) unus quam uni- tas. Et quamvis de conſenſu veſtro dubij in hac cauſa mihi nihil eſt: tamen, ut lecto (quem ut legatis obſecro) meo Apo- logetico aliquid de veſtro judicio ad me ſcriptæ declarationis ſuo tempore redi- re patiamini, amanter & fraternè oro. Habetis me commodo & honori veſtro, veſtræq; Eccleſiæ ſemper faventiſſimum. Valete in Domino. Datæ 24. Octobr. 1597. Jenæ.

Veſter in Domino

G. Mylius D.

putem Senatui veſtro, voluntati hominis ſatisfacere. Quo facto, in vocationem iſtam ſimpliciter illum conſenſurum intelligo. Quod ad N. N. attinet; ſi is ſcripſit, à Facultate noſtra ordinationis ritum ſibi promiſſum eſſe, allata Senatus veſtri interceſſione, figmenta ſcripſit. His, quod ſibi imponi Senatus paſſus eſt, præcipitati conſilij pœnam, ni fallor jam habet pœnitentiam, quæ apud me veniam facilimè meretur. Si mihi παῤῥησίᾳ *hac in parte uſo, idem ſuccenſet: Sciant optimi iſti homines, mihi facilius eſſe, hominum ferre iram, quam Dei indignationẽ. Sed ſpero, quæ ipſorum eſt pietas & integritas, candorem mihi apud iſtos laudi potius quam adulationem honori ceſſuram eſſe.*

Quod literas meas à jure amicitiæ profectas, communes fieri paſſus es, equidem inde mihi Camerinam moveri doleo. Sed quin id, mirabiliter dirigente Domino, uſum ſuum etiam ſit habiturum, nullus dubito. Scripſit ad me ea de re pro-

lixè N. N. qui cauſam totam videtur ſuam facere. Mallem cum Senatu ipſo mihi rem eſſe, ad quem erat mihi animus primùm de negotio iſto ſcribere. Reſpondi tamen iſti etiam, prout res ipſa requirere videbatur.

In Conſiſtoriis noſtratibus etiam illis, quæ ſunt in ſuperiori Germania, neq; ſecundum jus Canonicum, neq; civile: ſed ſecundum eas conſtitutiones pronũtiatur in cauſis matrimonialibus, quæ ſunt plærumq; conſcriptæ peculiares ac provinciales, ſed ex literis partim, partim ex Canonico, partim ex Civili jure coagmentatæ. Cujus rei documenta habes practica, in Commentario D. Joachimi Beuſti, de cauſis matrimonialibus edito, quem ex conſiſtorii ſupremi Dreſdenſis uſu forenſi collegit.

De ſpurio à miniſterio arcendo, cauſæ mihi juſtæ nihil ſuccurrit. Levitica conſtitutio aliquibus ſcrupulum movere queat. Sed illa in Eccleſia Evangelica non obligat, nihilo magis, quam lex Eunuchorum,

rum, cujus utriusq; & ſancitum, & ratio antiquata eſt, quod non obſcure conſtat loco prophetico, Eſa. 56.

Arrharum amiſsio, cum pœnæ loco infligatur, Conſiſtorio illas cedere poſſe non negaverim: Non tamen ubiq; illud moris eſt. Cum autem amiſsio arrhæ ſit pœna, eam incidere pars innocens non poteſt. Duplicatæ arrhæ non ſolvuntur, niſi à parte, quæ accepit arrhas: Hæc enim ſi ſolvat ſponſalia: & accepta, arrhas amittit: & tantundem de ſuo reddere cogitur. Ceſſat autem arrharum pœna, ſi ſponſus aut ſponſa ante nuptias fuerit mortua: aut quando inter perſonas, quæ de facto celebrarunt ſponſalia, matrimonium non poteſt conſiſtere.

Si ad nos venerit Rector ſcholæ veſtræ, jam ad miniſterium cooptatus, ordinationis ritus paratiſsimè ipſi à nobis conferetur. Vale in Domino, & Collegas, ac M. Arnoldum, ex me amanter ſaluta. Datæ 14. Jan. 1598. Jenæ.

T. in Dom. G. M. D.

Epiſt.

Alia ejuſdem ad eundem.

EPISTOLA CXLIII.

Salutem in Domino.

REverende & clariſsime vir, amice & frater colende, tuas ab iſto, qui meas tibi tradidit, accepi. Ex ijs autem intellexi, nondum ad vos reverſum eſſe tabellarium, qui M. Rhodomanni vocatorias attulit, cum poſtremæ iſtæ à te ſcriberentur. Quin autem meas interim ab illo acceperis, nihil dubito, fortè propediem tuas itidem ab eodem rurſus accepturus.

Peſtis Erphordiæ & in tota Thuringia remiſit ſtatim ab eo tempore, quo gelu intenſius cum bruma incidit. Deus avertat recidivam, ingruente æſtate.

Quod quæris, utrum paſtor meditanda ſua concione occupatus, audire teneatur Collegam, eodem tempore concionantem: Etſi hoc facere intermittat, num violati Sabbati reus peragi poſsit: utrobiq; negativè reſpondeo. Et videtur ſane ex meditullio rigoris deprompta eſſe iſta quæſtio, in qua ego περὶ τοῦ δυνατοῦ potius

quam

quam πρέπει καὶ δεόντως laborandum puto. De me certè fateri poſſum, quo tempore meditandis concionibus vaco, audiendis aliis tam non poſſe vacare, ut nihil etiam minus poſsim.

Non equidem invideo, miror magis, ſi quis hoc præſtare poſsit. Verum non omnibus idem datum eſt: Spectandum ergo hic magis puto, quid fieri poſsit, quidq́; ex Eccleſiæ totius uſu ſit, quā quid ex ſola parte ſit καὶ εὐσχημόνως. Vale in Domino cum tuis omnibus, & conjugem tuam, ex me meaq́; collegas itidem, amanter ſalvere jube. Datæ 10. Febr. 1598. Jenæ.

T. in Domino

G. M. D.

EPISTOLA CLVII.

Alia ejuſdem ad eundem.

Salutem in Domino.

R*Everende & clariſsime vir, Senatus veſtri remiſsionem animi miror. N. N. malitioſam impudentiam deteſtor.*

Interim

Interim conſilium veſtram de promulganda è ſuggeſto Miniſterij ſententia, pro excluſione N.N. nondum probo. Videbitur turbulenti aliquid in ſe habere. Et objicietur vobis crimen πλεονεξίας. Miniſtri cujusq; ab Eccleſia pendet vocatio. Quo autem principio fit quidlibet, eodem diſſolvitur. Miniſterium a. unum duntaxat Eccleſiæ ordinem conſtituit. Exautoratio ergo Miniſtri ab eo ſolo fieri nequit. Magis igitur hoc probaverim, ſi ex ſenioribus Eccleſiæ deligantur aliqui, qui cum delectis ex Miniſterio ad Senatum miſsi, utriusq; ordinis, Eccleſiaſtici & plebeij ſententiam, politico ordini proponant, & enixè rogent, ut & iſte voluntatem ſuam in hac cauſa publicæ adjungat. Quod ſi impetretur res in vado erit, & Miniſterium minus odio & accuſationibus gravabitur. Sin minus, ad veſtrum illud conſilium acceſſus ſemper pateret.

Scripſit ante annos 5. Hunnius theſes, de abrogatione Exorciſmi, quæ commodè

nunc

nunc fieri poſſe videbatur in Eccleſia pacata, ne Sacramentarij aliquando hinc rurſus occaſionem ſumerent turbandi Eccleſias noſtras: Imitaturus exemplum Lutheri in negotio Elevationis Euchariſticæ. Sed illæ theſes à Collegis improbatæ ſunt, & intempeſtivum adhuc viſum fuit Hunnij conſilium. Illæ theſes nuper, neſcio cujus imprudentiâ ſunt ex tenebris protractæ, & Erphordiæ excuſæ, & ab Hubero quaqua verſum ſparſæ, diabolico planè conſilio, non tantum diffamandi Hunnij: ſed Eccleſiæ etiam turbandæ.

Si vera ſunt, quæ de interdicto Marchiaco ſcribis, jam Calviniſmo parata eſt via. Id quod olim in pari proceſſu in noſtro Electorati experti ſumus.

Infantes ἐγχειριθνῆτες, ſi vitam habuiſſe conſtat, honeſto ſepulturæ ritu non privamus. Orationem autem funebrem, non memini in tali caſu habitam eſſe, non quin licere indicemus: ſed quia hoc neminem hactenus petijſſe ſcimus.

Quod

Quod ſi quid iſtiuſmodi à me flagitetur, ego avidè arriperem occaſionem, ſaltem propter conſolationem piarum matrum, & elenchum Pontificij & Calviniſtici dogmatis. Nova quæ ad te ſcribam nulla ſunt apud nos. Hutterus ad nos reverſus incolumis, ipſe tibi reſcribit. Vale in Domino, & ſymmyſtas ex me reſaluta. Viteb. 17, Octob. 1606.

T. in Domino

G. M. D.

EPIST: XCI.

Alia ejuſdem ad eundem.

Salutem in Domino Jeſu.

PRO *pia tua ſolicitudine, qua de hujus academiæ ſalute atq; incolumitate afficeris, meritò ingentes tibi debẽtur gratiæ. Spero autem preces tuas, piorumq; multorum ſuſpiria non irrita fore apud Dominum. Cujus rei nobis quaſi guſtus quidam præbetur, ex eo, quod reformatio, ocultis conſilijs agitata diu, nobis autem graves mutationes comminata, jam partim expirare, partim ſuiipſius pudore*

confundi

Digitized by Google

confundi videtur. Iſmaeli noſtro ἀλάστορι locus habitandi Miſena Birnam tranſlatus eſt, ubi ille ad rupes & ſaxa quaſi relegatus quodammodo, in ſilentio infami conſeneſcet opinor.

De conſilio tuo, & conſolatione, qua meam calamitatem mitiagare ſtudes; gratiam tibi habeo. Equidem ſi quod meum eſt, quærerem, aut humanis ducerer affectionibus, primo ſtatim imminenti ſalvari die conditionem Electori renunciaſſem. Sed hujus Eccleſiæ & ſcholæ ſalus & bonos majori mihi curæ & cordi eſt. In quo pio ſtudio quod tantum facere rei familiaris jacturam cogor, idq; in tanta occupationum & laborum mole, cum tanto meorum diſpendio: id haud dubiè alia ratione benedictio Domini compenſabit.

Ne errare poſſis judicio in cauſa Ratisbonenſium, mitto tibi ejus Reipubl. ſenatus edictum. Qui qua in re limites æquitatis fuerit tranſgreſſus, vix video. Miniſtri autem relegati variè videre

poſſunt fidei, modeſtiæ & prudentiæ limites tranſilijſſe.

Quæſtio de uſura iſto loco mota plane intempeſtiva & aliena fuit. Magna ibi exulum Bavaricorum & Auſtriacorum eſt copia, qui bonis ſuis magna ex parte immobilibus præſertim, excuſſi à Pontificibus, non aliam ſe ſuosq; ſuſtentandi rationem habent, niſi ex reditib. illis uſurariis. Nam agros & fundos ibi novos parare nullos poſſunt, cũ civitas ad mœnia propè usq; cincta ſit Bavaria, quæ Evangelicos ad iſtiuſmodi agrorum coemptionem planè non admittit. Jam iſti Eccleſiæ ſtruuntur inſidiæ intus, & extra civitatẽ à Jeſuitica colluvie. Cum hac pugnare miniſtri poterant, ſi pugnare ipſis omninò libuit. Ego autem quamvis in iſta uſurarum quæſtione non habuerim parta, quæ me variè moverent: tamen monere Auguſtæ de ea nihil unquam volui, ubi Pontificiis plus profuturus fuiſſem lite iſta mota, quam noſtræ Eccleſiæ commodaturus, ſi etiam opinione felicius omnia ſuſ-

cepi-

cepiſſent. Videndum eſt non tantum quid, quamq; verè: ſed quam tempeſtivè & quo loco moveatur.

De tua Theologia AntiCalviniana reſponſionem te Polycarpi noſtri accepiſſe auguror. Cupio eam typis excuſam videre quamprimùm: quod ut fiat, faxit DEUS, cui te ſemper commendatum volo. Datæ Dominica Cantate. 1588. Witeb.

T. in Domino

G. Mylius D.

EPISTOLA CIII.

Alia ejuſdem.

Salutem in Domino.

QUAS *nuper ſcripſi, Reverende vir, per Civem veſtratem, redditas tibi eſſe ſpero: Nunc cum N. meas flagitet, hoc ſaltem ſcribere, ipſo rogante, volui, non aliqua ipſius culpa, aut vitio factum eſſe, ut ex meo convictu dimiſſus ſit: ſed ita rerum mearum neceſſitate ita exigente, quia in morbum inciderat uxor, cum quo etiamnum conflictatur.*

Communem ergo cum reliquis meis convictoribus ſubire coactus fuit N. fortunam. In qua ne quid ſiniſtræ ſuſpicionis arripiat pater, tu ſub mei teſtimonij fide efficere poteris.

Cæterum alioquin ſic in officio eſt N. ut magis eſſe vix poſſit. Et nuper in publica diſputatione opponentem ipſum cum audirem, eos ab ipſo progreſſus in juris ſtudio jam eſſe factos animadverti, quos ego admiratus fui.

Caſamirus Palatinus ſedulo hoc quærere dicitur, ut Elector Saxo in abrogationem Formulæ concordiæ conſentiat. Deus noſtris principibus prudentiam & conſtantiam largiatur.

In Palatinatu Electorali miles conſcribitur, & ad magnam Expeditionem in Galliam fit præparatio. Hinc apud multos ſuſpicio eſt, Caſamirum ipſum in Galliam exercitus ductorem fore. Id multi Calviniſtæ odorantes, res ſuas contrahere, & in argentum conflare dicuntur, ut ſint expediti ad fugam, quam ſibi neceſſariam fore arbitrantur. Nu-

Nuper examinatio eorum Heidelbergæ fuit habita. Eorum maxima pars ſinceram doctrinam profeſſa, quodvis exilium ſe ſubire malle, quam Caſimirianam relligionem (ſic iſtic vocatur Calviniſmus) amplecti oſtendit.

Elector Saxo, Adminiſtrator Hallenſis, & Marchio Onoldinus comitia ſecreta nunc agunt in Langenſaltza. Ne religio periculi aliquid accipiat, oppidò orandum eſt. Vale in Domino, & cum tua ſacramentaria Theologia tandem in lucem prodi. Datæ prid. Calendar. April. 90. Jenæ.

T. in Domino

G. M. D.

EPISTOLA CVI.

Alia.

Salutem in Chriſto Jeſu.

B*Inas tuas literas, vir Reverende & clariſſime, accepimus. Ad quas pro ea, qua jam inviſitationis negotio obruimur, multitudine occupationum, paucis reſpondere viſum eſt.*

Et ut à privato ac domeſtico rerum tuarum ſtatu ordiamur, & ex animo cõdolemus tibi de dilectæ tuæ conjugis ex hac mortali vita emigratione. Et precamur Deum patrem Miſericordiarum & omnis conſolationis, ut te ſpiritu ſuo roboret, & animum adverſo hoc & improviſo caſu affectum & afflictum fulciat & erigat; Cumprimis vero ſuſtentet præclarâ illa ſpe noſtræ beatæ reſurrectionis & ſocietatis, quam omnes in Chriſto demortui, & ſpeciatim pij Conjuges in æternitate nullis hujus vitæ afflictionibus aut moleſtijs turbatam habituri ſunt. Neq; exiſtimamus apud te virum ac theologum in ſcripturis verſatiſſimum eſſe opus uberiorem aliquam adhibere medelam doloris & conſolationem.

Siquidem jam ante, nobis etiam non monentibus, noſti, beatos eſſe mortuos, qui in Domino moriuntur, & nec vitam nec mortem poſſe nos ſeparare à dilectione Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Proinde, quia temporis anguſtia excludi-

cludimur, ut pluribus hac de re agere valeamus: ignoſces literarum brevitati.

Alterum quod attinet, ſcias velimus nos jam pridem ad Dominos viſitatores feciſſe tui honorificam mentionem, præſtabis autem exigui temporis patientiam. Fiet enim haud dubiè, ut paulo poſt in inclytum Electoratum voceris, & nos te fido Collega uti valeamus. Hæc ad tua poſtulata reſpondere paucis eſt viſum. Quod ſupereſt, nos te præpotentis DEI *præſidio pijs votis commendamus. Datum Witebergæ die 14. Julij Anno Salutis humanæ 1592.*

T. in Domino

G. M. D.

Æ. H. D.

EPISTOLA CXV.

Alia ejuſdem.

Salutem in Domino.

R*Ev. & clar. vir, amice colende, quod vales, gaudeo: ego cum meis commodè ſatis valeo. De ſopitis etiam nonnihil veſtris litibus & diſsidijs, gratulor vobis.*

Vt ritus inveſtituræ aboleatur in Miniſterio, minimè conſultum puto. Sapit ille ritus Apoſtolici aliquid in impoſitione manuum: ſervit ordini: autoritati Miniſterio conciliandæ commodat: Alterum illud nimis tribunitium quiddam, nedum Anabaptiſticum redolet.

Apud nos ſatis ſunt tranquilla omnia. Superioribus diebus dicam mihi de commentario meo in Auguſtanam confeßionem ſcripſit D. Hofmannus Θεολογομάσιξ *ille, non quidem typis excuſo libro: ſed tractatu bene longo ad Illuſtriſſimum Proelectorem noſtrum miſſo, quem ille priuſquam in aulam mitteretur, integro ſemeſtri per Saxoniam ſparſerat. Cardo rei univerſus in negotio Ubiquitatis vertitur, in quo quàm ſit abſurdus atq; impudens, mirum dictu eſt. Verſor jam in refutando eo tractatu. Si è re Eccleſiæ fore videbitur, excudendum tradam. Plura nunc ſcribere non vacat.*

EPIST: CIX.

Salutem in Chriſto Jeſu.

Dolen-

DOlendum equidem eſt, Reverende & doctiſſime Dn. D. amice & frater in Chriſto plurimum obſervande, inter eos quos animis & ſententijs conjunctiſſimos eſſe oportebat, ſubinde exoriri aliquid diſſidiorum, ne Concordia, quæ omnibus hoſtibus terrori eſſe poterat, per omnia conſtet integra & inconcuſſa. Experimur hoc malum in his regionibus in controverſia Huberiana. Vos in Pomerania habetis itidem inteſtina quaſi diſſidia de vocatione miniſtrorum. Equidem ſcimus, neceſſe eſt, ut veniant offendicula, væ autem ei per quem illa veniunt. Certamen veſtrum quod attinet, ſanctè affirmare poſſum, me aliud, quam nuper cenſui, cenſere non poſſe. Et quia intelligo, hoc diſſenſionis malum inter vos non minus, ſed magis magisq; invaleſcere, adeo ut periculoſum eſſe videtur quicquam in iſta cauſa ſcribere: ego, cum alioquin plus ſatis occupatus ſim, nolo me alienis certaminibus immiſcere. Neq; ego promiſi N. N. ſententiæ meæ mutationẽ,

 dixi

dixi enim ei expreſſè (quod probè novit) non poſſe me à ſententia ſemel expreſſa, quam rectam eſſe judicem, recedere. ſed quia de quibusdam circumſtantiis monuerat, quæ nihil magnoperè ad caput rei pertinent, promiſi me in iis aliqua velle mutare. In ſubſtantia autem rei mutare nil poſſe. Non autem ægrè feret vel ipſe, vel etiam tu quod nihil poſthac in illa controverſia ſcribam, cum ea, quæ ſcribuntur in iſta cauſa, tam periculosè accipiuntur, indeq; captentur occaſiones non ſanandi vulnera Eccleſiæ, ſed potius exulcerandi: quin & committendi inter ſeſe eos, quorum aliàs de religione eſt una mens & ſententia.

Remitto, quem petis, librum abs te elaboratum. DEUS benedicat ſanctis tuis laboribus, ut ſint Eccleſiæ ſalutares. Non dubito autem, quin me, licet in hoc, quod apud vos agitatur, negotio diverſum ſentientem, priſtina tua benevolentia complexurus ſis. Peto etiam clariſſimum Dominum Doctorem

N.

N. meo nomine reſalutari. Dominus JESUS dirigat corda veſtra, & flectat animos veſtros ad veritatem & ad pacem: vosq; ſimul omnes ſalvos & incolumes ſervet, protegat ac beet in perpetuum. Datæ Witebergæ die 17. Jan. An. 1595.

Tuus in Domino
Ægidius Hunnius D.

Epistola CXIX.

Alia ejuſdem ad eundem.

S. P. D.

GRatiſſimum mihi evenit, Reverende & clariſſime Dn. D. amice conjunctiſſimè, quod R.T.D. de rebus & Eccleſiam & veſtrum ſtatum attinentibus ad me copioſè perſcribere non degravata eſt. Æquum enim eſt & nonnunquam neceſſarium, ut quos in vigiliis & cuſtodia ſuæ Eccleſiæ conſtituit Dominus, ſeſe mutuò exuſcitent piis admonitionibus, quo Domini opus ferveat, & vigilantia Doctorum arceantur lupi, qui damnum afferre poſſe videntur.

Quan-

Digitized by Google

Quanquam autem libenter ad T.D. ſcriberem copioſè: meorum tamen laborum ratio id non fert. Proinde rogo, ut hac qualicunq; ſignificatione pij inter nos conſenſus & mutuæ conjunctionis animorum, hac quidem vice T.R.D. velit eſſe contenta.

Quid D. Hofmanno ſit reſponſum videbit T.R.D. ex opuſculis adjũctis. Quid item D. Hubero, exiſtimo pridem vidiſſe te & cognoviſſe. Interim quia hiſce diebus Theſes de Huberianiſmo publicè diſputatæ ſunt, mitto illas legendas. Res tuas quod attinet, ſpero illas magis magisq; fore ſecundas. Scimus, Eccleſiaſticum Miniſterium eſſe ſimile naviculæ in impetuoſo mari inter fluctus & procellas agitatæ. Proinde faciendum officium eſt, cætera committenda Deo.

De novitatibus illis Miſnicis nihil prorſus audire contigit. Proinde puto eſſe fabulas ab aliquo impoſtore confictas. Reſalutant mei Domini Collegæ, Reverendam tuam Dignitatem amanter & officioſè.

crioſè. Dominus JESUS *ſit vobiſcum. Amen. Datum Viteberga. die 8. Decemb. Anno 1597.*

Tuus in Domino

Æ. H. D.

EPISTOLA CXLV.

Alia ejuſdem.

Salutem & novi ineuntis anni læta auſpicia precor: Reverend: & clariſſ. D. Doctor amice honorande, aliquot tuæ R. D. literas accepi, ad quas reſpondendi nec otium habui nec tempus. Nunc autem breviſſimis reſpondere volui. Filius T.R.D. erit mihi commendatiſſimus.

Colloquium Ratisbonenſe quod attinet, miram in Jeſuitis inſcitiam partim linguarum, partim ſacrarum literarum ſumus experti. Unicum in hoc thema tractabatur, an ſola ſcriptura ſacra ſit norma fidei in religionis & controverſiarum Judex: an vero quid aliud? Quæ paradoxa in defenſione ſuæ impiæ doctrinæ effutiverint, ex catalogo abſurditatum, quem mitto, intelliges.

Porrò

Porrò quales ſeſe in tota diſputatione geſſerint propediem docebit protocollum: Itaq; plura hac quidem vice ſcribere nihil attinet.

D. Nicolaus Crellius non ob relligionem decollatus eſt, ſed aliis de cauſis politicis, tanquam perturbator pacis publicæ, & Patriæ hoſtis, & criminis læſæ Majeſtatis reus: ſententiam pronunciantibus Conſiliariis Cæſareæ Majeſtatis eam ad rem delectis. Si quid certi habueris de princ. Carolo Sueco, etiam atq; etiam peto mihi communicari. Dominus JESUS *ſit vobiſcum in perpetuum. Datum Witebergæ die 8. Jan. An. Salutis 1602.*

T. R. D. ſtudioſiſſ.

Ægidius Hunnius D.

EPISTOLA CXLVI.

Ad Conradum Schlüſſelburgium.

Salutem à Patre in Servatore JESU.

R*Ever: & clariſſime Domine Doctor, amice & frater in Chriſto plurimum hono-*

honorande. Pergratæ mihi fuerunt literæ tuæ, quibus & amicitiam tuam, & omnia Chriſtianæ neceſsitudinis veræq́; pietatis officia mihi deſers, & ſimul de functione mea apud Hamburgenſes divinitus mihi aſsignata gratularis, nec non pro muneris, vitæq́; ac omnium rerum mearum incolumitate, vota ad æternum JEHOVAM facis pientiſsima, animiq́; tui erga me favorem ac benevolentiã teſtimonio perſpicuo declaras. Quo nomine gratias tibi (quas animo concipere poſſum) ago maximas ac immortales, meq́; non parum felicem duco, nec in pretio levi habeo, quod cum eximio Theol: & orthodoxæ veritatis adverſus omnes noſtri ſeculi hæreſes aſſertori celeberrimo, tãq́; in juvenili ætate contra PſeudoWiteb: quam hodiè contra ſectarios dogmatiſtas, certaminib. multis & variis pugiliter exercitato fraternam mihi amicitiam colere, & jucundam familiaritatem, ſi non corporali præſentia, tamen per literarum commercia, frequenter agitare licebit.

Anni

Anni enim ſunt octodecim, quo mihi vir clariſsime, nomen tuum ex libro D. VVigandi de Sacramentariiſmo dogmatibusq; ac argumentis Sacramentariorum inſcripto primum innotuit, cum proſcriptionem tyrannicam & inhumanam (qua Dipnoſophiſtæ & Lutheranæ doctrinæ falſatores in Academia Leucorea ſuam in te bilem & amarulentiam effuderunt) eo in libro detectam legerem, & poſtmodum utiliſsimos labores tuos Eccleſiæ Chriſti in mediis hoſtibus laboranti præſtitos & publici juris factos non ſemel viderem & perluſtrarem. Ab eo tempore, ſemper te, licet mihi de facie incognitum amavi, & ut ſervum Chriſti fidelem, pioq; & flagranti zelo, peſtilentiſsimis hæreſibus reſiſtentem, & alacriter pro cœleſti veritate dimicantem veneratus ſum.

Et auxit meam erga te obſervantiam furor Tigurinorum, qui in primo libello, quem ante quadriennium adverſus me promulgarunt, non ſemel Philippum Nico-

Nicolai cum Schlûſſelburgio conjungunt, nosq́; magnæ importunitatis, acerbitatis, audaciæ, inhumanitatis & neſcio cujus non vitij reos agunt, indignosq́; vociferantur, quibus cum deinceps conſligāt. Quemadmodum igitur Diabolo & ejus ſquamis ſordemus, ita faxit Dominus Deus noſter, ut ipſi in Chriſto filio dilecto per fidem apprehenſo placeamus ſemper, & in ejus ſancto ſpiritu perpetuum conjunctiſsimi ſimus ad magnam divini nominis gloriam, propagationemq́; orthodoxæ veritatis & confuſionem omnium, qui contumaci animo ſectis & erroribus patrocinantur: Ego Fraternam amicitiam abs te ſyncero pectore mihi oblatam animo, quo par eſt, accepto complectorq́; gratiſsimo, & ſi quid à me commodi proficiſci poteſt omnia benevolentiæ, fidiq́; amoris & noſtræ in Domino conglutinationis officia, (quam diu nos Deus in hoc ſeculo ſuperſtites eſſe voluerit) tibi viciſſim prompta ſemper & parata ſpondeo, atq; hiſce literis defero, neq; pro tua &

tuorum incolumitate, vota mea ad JEHOVAM Patrem æternum interponere deſinam, quo tuis in ſacra meſſe laboribus domuiq; tuæ benedicat, teq; cum ſanctis Angelis ſuis contra impiorum hoſtium fremitus, & falſorum fratrum inſidias ſalvum tueatur & cuſtodiat. Verum eſt, quod ex aureis Lutheri γνώμαις *recitas, malos eſſe tyrannos, pejores hæreticos & peſſimos fratres falſos, quod non tantum magnus ille heros expertus eſt, atque etiamnum nos ejus diſcipuli poſticis & virulentis amiculorum hypocritarum ictibus expoſiti, veriſſimum cum dolore animadvertimus, ſed & ipſe noſter* ἀρχιποίμην *Jeſus Chriſtus in proditore Juda ſi inimicus meus (inquit) malè dixiſſet mihi ſuſtinuiſſem utiq; & ſi is, qui oderat me, ſuper me mala locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu v. homo collega meus, dux meus & notus meus. Qui ſimul inter nos dulce capiebamus conſilium, in domo DEI ambulabamus ſimul. Veniat mors ſuper illos & deſcendant in infer-*

infernum habitantes, Pſal. 55. Doleo autem, quod te quoq; celebri iſto in loco cum tali hominum fece conflictari ex literis intelligo, facileq; aſſentior, calamitatem hanc tibi (ut ſcribis) accidere gravem & moleſtam. Sed quid aliud vir clariſſime expectabis præſente in ſeculo, ubi dum ad imaginem Chriſti configuramur, immundum mundum nobis, & nos immundo mundo crucifixos eſſe decet, neq; durante Eccleſiæ militia, ceſſandum à lucta, donec illi finem JEHOVA DEUS *noſter imponat, nobisq; per mortem beatam hinc evocatis, victoriæ & vitæ perennis coronam largiatur. Quamobrem (ut Regius Propheta monet) jacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te ſuſtentabit, & non dabit in æternũ fluctuationẽ juſto. pſ. 55.*

Cæterum duo ad calcem literarum commemoras, de quib. meum judiciũ requiris: Primum eſt de quodam tuo collega, qui teſtibus veſtro Senatu & Miniſterio, fratrem abſentem mendaciјs & calumniјs prægravarit, & nondum facta depreca-

tione, abſolutionem nihilominus abs te in ſella confeſsionali petierit: unde repulſam paſſus, nunc actionem injuriarum tibi coram Magiſtratu politico intendat: Scribis rem ad arbitrium & judicium Theologorum Megapolenſium devolutam eſſe, qui reſponderint, eum ſine deprecatione & reconciliatione cum Collega non poſſe ad Cœnæ Dominicæ uſum admitti. Huic illorum judicio & meum ego do ſuffragium. Addis poſtea, mandare tamen Senatum ut coram Commiſſarijs impœnitenti ſocio, de cauſſa Cœnæ & abſolutionis denegatæ reſpondeas: & cum comparere renuiſſes, allata ratione (quod moris non ſit in Eccleſia, ſi manifeſti peccatores ab uſu Sacramenti ſuſpendantur, ut ſtatim coram politicis, judiciario proceſſu hac de re diſceptetur) Nihilominus mandatum repeti, & urgeri, quo citatus compareas.

Quæris igitur an bona conſcientia obſecundare poſsis, cum Senatus & Miniſterium ſciant hominem iſtum in notorijs

rijs hærere peccatis? Agunt de eodem argumento literæ tuæ ad Eccleſiaſticum hujus urbis miniſterium exaratæ: Et datum eſt reſponſum à nobis, quod cujusmodi ſit, ex literis cognoſcas. Peccata certè notoria redargutionem publicam merentur, & niſi reus pœnitudine ducatur, quo jure ad Cœnæ Dominicæ uſum admitti poteſt? Indubitata nobis eſt regula, bujusmodi impœnitentes tantiſper ab abſolutione & Eucbariſtia ſacra arcendos eſſe, donec reſipiſcant, & noxam deprecentur.

Jam ad hanc tu propoſitionem aſſumis, talem eſſe eum, cui abſolutionem denegaſti, quippe qui fratrem abſentem manifeſtis læſerit calumnijs & mendacijs. Voluiſti igitur ut abſtineret ſacramento, donec facta reconciliatione in gratiam cum parte læſa rediſſet. At quãtum ex literis tuis colligo, aſſumptum ille negat, quandoquidem ſibi deprecationẽ potius ab adverſario ſuo deberi reſpondet. Tu contra, quod ipſe negat evidenti

totius Senatus & Reverendi Miniſterij teſtimonio probas: Quid igitur? Movet paſſus repulſam Collega tibi litem coram Senatu, & juberis reſpondere ex mandato Senatus, quem una cum miniſterio habes cauſæ tuæ teſtem, id eſt, patronum & advocatum, ac proinde ſic comparatum, ut nullo jure tuum adverſarium laudare vel tueri poſſit: Eo igitur ſi mea res ageretur, ſalvo aliorum judicio, non dubitarem coram magiſtratu vocatus comparere illique hanc exhibere reverentiam, veruntamen hac conditione & in hunc finem, ut ad ferendum cauſæ meæ teſtimonium imploratus, teſtimonio publico cauſam meam confirmaret.

Quod ipſum ſi certus obtinerem, jam Magiſtratu ad partes meas accedente, & de calumnijs mendacijsq; Collegæ meinotorijs teſtificante, cenſuram Eccleſiaſticam in ipſum latam non debilitarem, ſed approbatam & validius tunc aſſertam haberem.

Manebit enim dijudicatio Eccleſiaſtica & Politica evadere neſcit, cum in Eccleſiæ foro, politicus Senatus cauſæ meæ teſtimonium contra adverſarium perhibet. Verum & illud interim conſidero, quod non ſtertente Satana, actus actum gignere, & ex una lite certamina plura, & quidem aſperiora emergere poſſunt. Animadverto ſiquidem concedere nec agnoſcere collegam iſtum tuum, quod fratrem abſentem mendacijs & calumnijs traduxerit, ſed potius conqueri, quod ab ipſo læſus ſit: Et plærumq; contingit, ut in injuriarum caſibus pars utraq; peccat, animis utrobiq; exulceratis, tam recriminando quam criminando, idq; non ſine magno totius Eccleſiæ, & omnium auditorum offendiculo, ſi diſpenſatores myſteriorum DEI, (qui maximè concordes eſſe, & ovibus ſuæ fidei commiſſis non tantum doctrina ſalutari & immaculata, ſed & bonis exemplis prælucere debent) talibus ipſi morſibus ſeſe invicem appetant & devorent.

Ergo quo conſopiatur illud malum, arbitror ego ſane tutius & conſultius fore, ſi tua & cæterorum collegarum authoritate interpoſitâ, partes litigantes ad reconciliationem mutuam ſeriis cohortationibus invitentur, permoveantur & adducantur, ne opus ſit coram Magiſtratu contendere, & actu jurgiorum publico, teneram & aliàs ſatis ærumnoſam contriſtare Eccleſiam. Memores eſſe velint duo litigantes illi collegæ pronunciati Apoſtolici: Quod ſi alius alium viciſſim mordetis & devoratis, videte ne viciſsim alias ab alio conſumamini. Gal. 5.

Alterum de quo ſcribis, eſt de quadam innovatione, quam nonnulli ex Collegis, duas conciones diebus Dominicis veſpertinam & funebrem in concionem unam contrahendo, citra tuum & reliquorum Symmyſtarum conſenſum motu proprio ἀλόγως *moliantur, & quod ad Lubecenſis & noſtræ Hamburgenſis Eccleſiæ conſuetudinem provocent, ubi cum conciones funebres nullæ habeantur, ideo & veſtris*

in

in templis abrogandas eſſe concludant. Queris an rectè faciant innovationem? Reſpondeo cum Apoſtolo: Non Deus eſt ἀκαταστασίας authorſed pacis, ut in omnibus congregationibus ſanctorum: Et monet ibidem Paulus, ut omnia εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν fiant, 1. Cor. 14.

Cum igitur Pomeranicæ Eccleſiæ ſuos habeant ritus ex præſcripto, quos authoritate publica approbatos hactenus Paſtores obſervarunt, ἀταξίαν committit, qui ritus motu proprio immutat, nec noſtrarum Eccleſiarum conſuetudine excuſare & palliare innovationē poteſt, cum in rituum per ſe adiaphororum uſu, non ad noſtræ ſed ad Agendæ Pomeranicæ ſanctiones & conſtitutiones præfixas & verbi miniſtris injunctas ſit alligatus.

Hæc breviter ad literas tuas amiciſſimas reſpondere viſum fuit, quantumvis pluribus jam officijs mei laboribus diſtinear, & diſtrahar. Quod in ſcripto ſecundo refers de rumore contentionis & diſsidij inter me & collegas meos, apud

veſtrates diſſeminato, ſcias eſſe falſiſſimum, cum per Dei gratiam inter nos cōveniat optimè, & unanimes auditoribus noſtris doctrinam Chriſtianæ religionis orthodoxam tradamus, errores redarguamus, vitia taxemus, ſæpè etiam amanter conveniamus, ut in vinea Domini laboribus conjunctis feliciter per Dei gratiam operemur. Utinam verò idem de tuis audire liceat collegis, nec eſſent, qui tam criminationibus mutuis tum innovationibus intempeſtivis Eccleſiam turbarent. Sed Deum pacis oro, ut vulnera, ſi quæ ſunt inflicta, ſanet, teq; ad nominis ſui gloriam & regni ſui ædificationem, quam diutiſſimè cum conjuge & liberis dilectiſſimis, itemq; cum pijs & ſynceris collegis tuis fraternè, & reverenter à me ſalutandis, ſalvum & incolumem eſſe velit. Vale vir clariſſ. frater in Domino amantiſſime, & amicorum exoptatiſſime. Dabantur Hamb. 23. Apr. Anno 1602.

Tuus in Chriſto

Phil. Nicol. D.

Epiſt.

EPISTOLA CXLVIII.

Alia ejuſdem ad eundem.

Salutem in Chriſto Servatore plurimam.

BEllè te adhuc Rever: & clar: vir, amice & in Chriſto frater conjunctiſſime, cum domeſtica Eccleſia tua valere lætor: Ego cum meis per Dei gratiam quoq; adhuc valeo, ſumusq; hac in urbe; quo ad Deo viſum fuerit, adhuc immunes à peſte quæ Lubecæ multis in plateis graſſatur, & brevi tempore duos ex verbi miniſtris abſtulit alterum M. Scherenbagium pietate orthodoxa & eruditione inſignem, alterum Dominum Bernhardum ædis Illanæ Eccleſiaſtem ſynceriſſimum, qui uterq; (ſi ita viſum fuiſſet Domino) per annos complures ejus Eccleſiæ deſervire potuiſſent.

Homilijs tuis in Evangelia & Epiſtolas uſitatas manum extremam impoſitam eſſe, eſt, quod ex animo tibi gratulor, Deumq; precor, ut labor ſanctiſſimus uberrimè ad nominis Divini gloriam &

multa-

multarum millium animarum ſalutem, redundet: Meos labores (qui varij ſunt) Pieriana obligatio Germanica, ante aliquot ſeptimanas contra me evulgata, nonnihil interrupit, quandoquidem, ubi vaniſsimas illas chartas mihi oblatas primum aſpexi, otius illis reſpondendum duxi, ſepoſitis tantiſper alijs ſcriptionum mearum exercitijs: Et quoniam ſuo iſte ſcripto titulum Ablegationis impoſuit, meam ego Reſponſionem illi oppoſitam, nomino Reditum, cujus exemplar ad te mitto, æqui bonig; illud conſuli petens: Liber meus contra Plancium Hollandum Calviniſtam adhuc eſt ſub prælo: Volente autem & opitulante J E H O V A, *jam proxima, ut ſpero, ſeptimana lucem aſpiciet, & ſtatim ſaxo, ut prima occaſione, exemplar ad te deferatur: In Ebionitas* Σωῦ Θεῷ *calamus jam laborat, & cū tractat ob arduam myſteriorum profunditatem, longas & diligentes meditationes, tardius abſolvetur, & quantum colligo non niſi ad nundinas vernales inſtantis*

Anni

Anni prodibit. Acceſsit ante paucos dies in hanc urbem Legatio Polonica (ut ajunt) ad Anglorum regem deſtinata: Utrum illi Chriſtophorus Oſtrorodus author diſputationis Ebioniticæ interfuerit ignoro: Commorantibus iſtis in urbe noſtra Legatis quæſtio literis concepta authore Anonymo ad me dabatur, utrum genus humanum ex Dei decreto peccatis corruptum, Chriſti ſatisfactione ab æterna condemnatione liberari debuerit? injuſtum videri & contra rationis dictamen eſſe ut inſons pro ſontibus, & juſtus pro injuſtis moriatur. Sententia hæc erat quæſtionis, tametſi ipſe quæſtionis cōceptus admodum eſſet hiulcus, diſtortus & informis, ut vix intelligi poſſet: Quãobrem cum eadem diſputatio ab Oſtrorodo moveatur in Ebeonitico ſuo commento (ſubiratus ego non aliud reſponſum dedi, niſi breviter illud manu mea ſubſignatum: Ebionita, loquere, ut videam: Nihil ad hoc, ulterius quicquam tentavit Anonymus, quiſquis is erat, ſed altero

ſtatim

ſtatim mane Legati iſti Polonici ex hac urbe diſceſſerunt. In reditu ex Anglia num quid molituri ſint, eventus docebit: Ab Imperatore equidem inhibitio homagij Regi Danorum & Holſatiæ ducibus præſtandi huc perlata eſt: Verum obtinuit Regis & Holſati ducis ſententia, quibus cum inſtituta eſt confœderatio, idq; ut edoceor ſalvo imperij jure, cui hoc nomine nihil eſt detractum: Magnificentiam ſanè Regalem Danus inſigni cum ſolennitate populo Hamburgenſi exhibuit, pro ut tabellarius ore fuſius explicare poteſt quam calamo ego conſecter. De Epiſcopali munere noſtræ Eccleſiæ (cujus mentionem tuæ literæ faciunt) magnum apud nos ſilentium, neque cogitationes ullæ (quod ego ſciam) hac de re in ſenatu habentur: Sumus autem (quos DEUS in Hamburgenſem hanc meſſem operarios extruſit) laus CHRISTO omnes in religione & functionibus noſtris concordes: DEUMq; precamur, ut in unitate fidei & charitatis

vin-

vinculo conſtrictos nos ſervare velit, quo multo cum fructu Regnum hic ejus ædificetur: Hæc breviter, dum aliis laboribus diſtrahor: Quod ſupereſt te ego Reverende & clariſſime inq; Domino chariſſime frater, cum conjuge tua dilectiſſima, liberisq; ſuaviſſimis & tota familia, æterna tutelæ omnipotentis JEHOVÆ piis votis commendo. Dabantur Hamburgi 4. Nov. Anno 1603.

Reverentiæ tuæ addictiſs.
in Chriſto frater
Philip. Nicol. D.

EPISTOLA CXLIX.

Alia ejuſdem ad eundem.

R*Everende & Clariſſime vir, amice fautor & frater in CHRISTO honorande: Ante omnia exordium ineuntis anni novi fauſtum tibi feliciaremque progreſſum & exitum feliciſſimum reprecor, & Reverentiæ tuæ miniſterium vitamque & ſalutem precibus meis æternæ protectioni*

omni-

Digitized by Google

omnipotentis Jehovæ commendo commẽdaboq́ꝫ ſemper: Contra Plancium libellus meus tandem prodijt, cujus exemplar ad te mitto, æqui boniq́ꝫ illud conſuli petens: Amſterodamo huc perſcribitur, admodũ ægrè Prætorem urbis ejus ferre, quod ſcriptum illud evulgatum eſt, [& exemplaria quæcunqꝫ apud Bibliopolam] invenit ad ſe recepiſſe: ſed & mulctam uni ex civibus eſſe injunctam, cujus ſtudio exemplaria in urbem ſunt perlata: Fremit itaqꝫ Diabolus eo in loco & more ſolito comminationes acerbas ſpirat: Contra Oſtrorodum labor decretus adhuc ſuſpenditur, donec Germanicus tractatus, titulo) Grundfeſt der Lehre deß HErren Chriſti allgemeiner Gegenwart/ mit beyden Naturen im Himmel vnd auff Erden/) *quem Typographus jam ſub prælo habet, evulgatus ſit: Manichæiſmo delibutos eosq́ꝫ non dociles ſed refractareos, & in hæreſi ſua ad extremam usqꝫ vitæ halitum obſtinatos, abſit, ut poſt fata, ſolennibus cantilenis & ceremonijs*

noſtra-

noſtrarum Eccleſiarum terræ mandandos cenſeam: Sepeliant mortui ſuos mortuos: Offendiculum daretur toti Eccleſiæ, & confirmarentur in errore ſuo adverſarij, adhæc nomen Dei in vanos uſus raperetur, & reclamante conſcientia noſtra, teſtimonium orthodoxæ ſidei & ſynceræ pietatis, impuriſſimo Manichæorum contubernio perbiberemus, eoq; mentiremur, & veritas in nobis non eſſet, ſi tales mortuos, perinde ac ſi viva Eccleſiæ rectè credentis membra fuiſſent, tanto Chriſtiani cultus honore proſequeremur: Hæc breviter ſero veſpere.

Vale vir clariſſime, utq; ego te meis ita viciſſim me meosq; tuis ad Deum votis commendatos habe. Hamburgi: pridie Kal. Jan. ſive ultimo Decembris 1603.

R. Exc. T.

Philip. Nic. D.

EPISTOLA CL.

Alia ejuſdem ad eundem.

Salutem ab æterno Patre in Servatore Dn. Jeſu Chriſto.

Digitized by Google

Reverende & clariſs. Domine Doct. amice, fautor & frater in Chriſto conjunctiſsime: Ad quæſtionem tuam de cœmiterijs, ubi ab orthodoxa relligione alieni ſepeliantur, jam alijs occupatiſsimus, hoc breviter reſpondeo: Apud nos ſanè non extra portas, ſed intra urbis mœnia terræ mandantur, habentq; in Eccleſiæ cathedralis cœmiterio peculiarem locum ſibi conceſſum: Unnæ in Weſtphalia conduntur promiſcuè in eodem cœmiterio, ubi noſtræ relligionis orthodoxi cives, ſua habent dormitoria, ad hæc & campanæ impelluntur, ſed non comitantur ſcholaſtici, non Evangelici cives, nec concio habetur, nec cantilenæ audiuntur: Habendam cenſeo locorum & circumſtantiarum, quæ variæ ſunt, rationem.

Unnæ mutari non potuit, quod ante meum adventum ſemel fuit Calvinianis conceſſum. Alia eſt ratio hujus urbis, in qua funeribus impiorum, non equidem ſepultura in loco conceſſo denegatur,

tur, attamen campanarum uſus non permittitur, quemadmodum nec aliorum rituum, qui alias adhiberi ſolent. Præſtaret ſanè extra urbis portas adverſarios ſua habere ſepulchreta ſejugata à noſtris cœmiteriijs, & ubi illud obtineri à Magiſtratu poſſet, ſtudium obtinendi non diſſuaderem: Veruntamen ſi obtineri nequeat, nolim hoc nomine certamen excitari.

Scriptum meum contra Plancium judicio tuo graviſſimo non diſplicere lætor: Fremunt autem Dipnoſophiſtæ in Batavia, & ut literis heri ad nos inde perlatis edoceor, inſtigante Plancio, Senatus Amſterodamenſis cœtui Lutheranorum publica ſacra, & uſitatos conventus interdixit: Tempeſtas igitur ibi nunc à noſtrorum partibus horrida & hyems nivoſa: ſed, ut ſpero, ſemina verbi veritatis jacta, tandem cum fructu majore vireſcent.

Antitrinitario Oſtrorodo (ut promiſi) σὺν θεῷ reſpondebo, quam primum tractatus Germanicus (qui jam ſub prælo eſt, & octernionum ferè tria alphabeta complectetur) abſolutus prodierit: Reſalutant te Collegæ mei: Tuos etiam reverentur à me ſalutari peto, teq; & aſſiduis meis precibus, & hiſce ad calcem Epiſtolæ, votis, omnipotenti Jehovæ ad pluri-mos annos Eccleſiæ Chriſti militanti, ſalvum & incolumem commendo Hamburgi Cal. Febr. anno 1604.

R. T. Excell.

in Chriſto frater

Phil. Nicol. D.

EPISTOLA CXLVII.

Alia.

Salutem in Chriſto Jeſu,

REverende & Clariſſime Domine Doctor, amice perpetim honorande, tametſi negotiorum mole penè totus obruor: tamen hac vice vel aliquid reſpondendum duxi.

Et

Et primò quidem juxta ordinationem Saxonicam non licet ulli concionatori, proprio arbitratu, citra ſententiam Conſiſtorij vel Synodi, peccatorem aliquem, licet notorium ab uſu Cœnæ Dominicæ arcere, niſi ille, monitus, aperta voce teſtificetur, velle ſe in peccatis ſuis perſeverare. Cumq́; ſanctio illa Conſtitutionis Electoralis Saxonicæ ſub titulo, Bom Bann/ *nitatur graviſſimis cauſis, quas hac vice & in illa rerum agendarum multitudine recenſere non poſſum: Conſultius feciſſet ille Paſtor, ſi communicato cum Superintendente ſuo, aut ſi Superintendens ipſe eſt, communicato cum Conſiſtorio aut Paſtorum ſynodo conſilio negotium illud excluſionis à Cœna ſubiiſſet, vel alijs opportunis medijs peccatorem illum (ſervatis admonitionum gradibus) ad pœnitentiam revocare laboraſſet: tametſi, quid hac in parte fecerit Paſtor, num gradus admonitionū diſtinctos præmiſerit, num prius Eccleſiæ, id eſt, ſynodo vel conſiſtorio res denunciata, & illius*

 expe-

Digitized by Google

expectata ſententia ſit, ex tuæ Rev. Dignitatis literis videre non poſſum.

Juridicum quidem proceſſum non probo ſi talis adverſus eum Paſtorem inſtituatur. At verò ſi per imprudentiam Paſtor ille non legitimum ordinem in tam ardua re (quæ eſt ſpecies excommunicationis) ſervavit: meretur reprehendi coram Synedrio Eccleſiaſtico, & moneri, ne poſthac auſu privato tale quippiam attentet: ſeu gradus admonitionum à Chriſto Servatore præſcriptos obſervet. Peccator autem ille coram eodem ſynedrio ex lege Dei de admiſſis peccatis admoneatur, ſi quo modo ad veram pœnitentiam adduci queat: Omniſq; actio ſic attemperetur, ut interim Eccleſiaſtici Miniſterij dignitas obſervetur. Et quanquam (Expectante R. T. D filio, & abitum maturante tabellario hac vice collegas conſulere non potui, tamen quia eadem illis eſt commendata Electoralis Ordinatio Eccleſiaſtica, non dubito, eandem ipſorum etiam eſſe ſententiam. Si plenius explicatæ fuerint rei

circum-

circumſtantiæ, plenius etiam reſponderi poterit.

Quod reſtat, ego T.R.D. æterno Deo commendo. Datæ Witebergæ, celerrimo calamo, die 3. Aug. Anno 1602.

T. in Domino

Ægidius Hunnius D.

EPISTOLA CLI.

Salutem à Deo Patre in Servatore Jeſu plurimam.

B*Inas abs te literas accepi, Reverende & Clariſſime vir, amice fautor & frater in Chriſto plurimum colende, diverſis temporib. datas, & ad priores jamdudum reſpondiſſem, addito una Reſponſo venerandi Miniſterij, Hamburgenſis ad propoſitas à te quæſtiones de certamine Pyliano, niſi aurigæ veſtrates (qui apud civem urbis hujus Gregorium Schroderum diverterunt, & apud quos internuncio meo Pœdagogo curaveram, ut unus ex illis me alloqueretur, quod & promiſſum fuit) me inſcio & inſalutato diſceſſiſſent.*

Veruntamen ſat citò, ſi ſat benè: Cenſemus omnes rectè feciſſe te, quod Pylij conſilium impium, à Doctore Heshuſio jam pridem ſcriptis publicis detectum & ex DEI verbo ſolidè graviterq; refutatum, in Poſtilla tua palam attigiſti, neq; Pylianos hæredes propterea tibi ullo juris colere dicam ſcribere ſive litem movere poſſe arbitramur, donec Heshuſianum ſcriptum Apologetico Pyliano publicè cõfutatum ad calendas Græcas demonſtrarint: Sumus nos duo hodiè in oculis Ecceboliſtarum Theologi rixoſi, ſeditioſi & turbato res Iſraelis, & ſicubi in quorundam antagoniſtarum manibus, ſors noſtra conſiſteret, haud dubiè nos vivos concremarent: Sed vivit adhuc ille, qui ad dexteram æterni patris ſedens, in medio hoſtium ſuorum dominatur, & qui fideles verbi ſui teſtes ac miniſtros ab inferorum patentibus portis, totiusq; Mundi fremitu & furore tutos & incolumes præſtare novit: Mea vitæ æternæ theoria, propediem, ut ſpero, in lucem prodibit:

bit: Sequitur (modo ſuperſtitem me Dominus Jeſus conſervet, ſuoq; ſpiritu calamum moderetur) Apologiæ Pierianæ confutatio, quam multi ſubinde efflagitant: In Ebionitas quoq; & Oſtorodum ejus ſectæ δᾳδοῦχον hodiernum (ut ante biennium accepi) teſtimonium divinitatis Chriſti & Spiritus S. publicum perhibebo, quamprimum alijs laboribus memet expediero: Literis ex ſuperiore Germania compellor, ut & Jeſuitis paſſim venenata ſcripta diſſeminantibus memet opponam, quod lubens facerem ſi per alias occupationes liceret: In Batavia per magnam DEI gratiam creſcit fidelium Evangelicorum (quos Lutheranos ſive Martiniſtas vocant) numerus eſtq; illorum apud Amſterodamenſes templum amplificatum, quod & à quibusdam primarijs è Senatu nonnunquam frequentari intelligo.

Et adfuit mihi nudius trrtius Caſpar Tremonianus, ex ore fratris ſui (qui ex Hollandia ad nos venit) referens de-

cretum eſſe in ſtatuum ſive ordinum Hollandicorum publico conventu, ne ad meum ſcriptum (quod contra Plancium edidi) reſpondeatur. Triumphabit igitur eo in loco, orthodoxæ Religionis noſtræ veritas & noſtratium Eccleſia (ut bona ſpe lector) magis atq; magis incrementum ſumet. Audio n. eſſe ex ipſis optimatib. qui confeſſioni & doctrinæ noſtrarum partium, haud parum faveant: Cunonem hypocritam nihil moror, ſive ſileat, ſive reſpondeat: Conſcientiam morbidam & cauteriatam ſilentio manifeſtabit, eoq; ſuſpicionem Calviniſmi de ſe conceptam in animis noſtrorum civium confirmabit: Si Reſponſum cudit, turpitudinem ſuam magis proſtituet, & ea cryptis præſtigiarum, in lucem pleniorem extrahetur: Judicia de meo adverſus illum ſcripta varia eſſe non ignoro: Qui ſtruit in callem multos habet ille magiſtros: Dummodo fraudulentia Calviniſtarum denudetur, omniaq; ad nominis Dei gloriam & Eccleſiæ laborantis ſalutẽ vergant de me, quid hic

vel

vel iſte ſentiat, nihil curabo: Tandē bona cauſa triumphat. Vocatio mea in Pomer: ſi Jehova diſponente ſucceſſerit Deo vocāti obſequar: Si in hac urbe retineri velit lubēs, & in hac ſtatione perſeverabo: Recrudeſcit a. paſſim locorū hac in urbe peſtis, & ſingulis pene ſeptimanis cētenorū plus minus hominum ſtragem edit: Metuo ne ingruente canicularium dierū æſtu atrocius graſſatura ſit, cum populoſiſſimū hoc ſit emporium, & in tanta hominū frequentia contagio nunc hos nunc illos corripiat: Sed Deo (qui eſt longitudo dierum noſtrorum) me meosq́; commendo. Hamb. 10. Junij 1605.

T. in Domino ſincerus frater
& amicus
Philip. Nic. D.

EPISTOLA CLII.

Salutem in Chriſto Immanuele plurimam.

BEllè & proſperè te cum tuis adhuc valere, Reverende & clariſſ: Dn. Doctor, amice fautorq́; integerrime, & in Chriſto pluri

plurimum colende frater, eſt quod ex animo lætor, proq; conſtanti tuo erga me amore & benevolentia gratias ago quam maximas & DEUM ex animo precor, qui nos in orthodoxæ fidei ſpiritusq; ſui & Evangelicæ confeßionis adeoq; ſyncera animorum unitate conjunxit, ut conjunctionem illam magis atq; magis obfirmet, & in æternum ratam eſſe velit, quo non in hoc tantum, ſed & in futuro ſeculo cum tota eccleſia triumphante vinculo, nunquam intermorituræ charitatis arctißimè conſociati Dominum DEUM noſtrum, qui charitas ipſa eſt, in ſeculorum ſecula concelebremus! Interim dum hoc tempore peregrinamur à Domino, & locorum intervallo mediocri disjuncti ſumus, foveamus noſtram in Servatore Jeſu concordiam, & junctis animis votisq;, & laboribus in honorem Dei, & ad ædificationem Eccleſiæ pro incorruptæ relligionis depoſito adverſus Sathanam ejusq; ſquamas infernales, militiam bonam fervidè & alacriter militemus,

neq;

neq; ſtolido cœci mundi, & quorundam haud ſatis æquorum fratrum judicio moveamur, quibus certamina noſtra non probari intelligo.

Adeſt jam nobis Dominus Adolphus Fiſcher *Eccleſiæ Martiniſtarum (ut vocant) apud Amſterodamenſes Paſtor ſyncerus, diſceſſurus hinc propediem, & ad ſuam reverſurus provinciam. Is de felici incremento noſtratium apud Batavos multa deprædicans, & in Hollandia & in Zelandia plures de die in diem cœtui Lutherano aggregari refert: Et audio Calvinianos Eccleſiaſtas ibidem in Synodo publica unanimiter decreviſſe nihil reſpondendum eſſe ad meum libellũ Petro Plancio oppoſitum. Pagellas verò (quas Licent: Henricus Boxhorn Bredanæ Eccleſiæ miniſter Cinglianus in me evulgavit) collectas & paſſim ſublatas eſſe omnes, ne in hæc loca diſpergantur, & illarum aliquod exemplar in meas manus deveniat.*

Sed

Sed cum ego quoddam ſim nactus, haud longum tempus effluet, quo σὺν θεῷ refutatum illud typis publicis videbunt. Theoria vitæ æternæ mea adhuc eſt ſub prælo, & ad alios accedere labores non poſſum, donec priores ſint expediti. Vale in Chriſto cum tuis omnib. reverenter à me ſalutandis. Dabantur Hamb: 8. Jul. 1605.

Rever. Excell. tuam
ſyncero animo fraternê
colens & obſervans
Philip. Nicol. D.

Epistola CLIII.

Salutem in Chriſto Servatore plurimam.

D*Uas Reverende & clariſſime vir, amice & frater in Domino conjunctiſſime* γραμματοφόρος, *tuo nomine literas mihi tradidit, ſingularis tui in me amoris & benevolentiæ teſtes magna cum animi voluptate perlegi, nec potui, quin licet aliјs jam laboribus plurimum occupatus, breviter pro temporis ratione, & efflagitante neceſſitudine noſtra reſponderem.*

derem. N. N. Intelligo in N. N. beatæ recordationis locum ſucceſſiſſe: Faxit igitur Jehova perpotens, eiq́ Spiritum Sanctum largiatur, ut maximo cum animarum fructu Eccleſiæ ſibi commiſſæ præſit, excubitoremq́ ſeſe pro orthodoxa Religione gnavum & induſtrium præbeat ad gloriam, & honorem & ſalutem Eccleſiæ, ædificationem, quod ipſum ex animo illi precor: Utinam verò & Marpurgenſium Theologorum ratio haberi poſſet, quos à Landgravio Mauritio, inſtigantib. Calvinianis tandem, ab officio remotos audio. Inclaruerunt certè monumentis eruditiſſimorum tractatuum Winckelmannis, necnon D. Mentzerus, quam Evangelicæ veritatis incremento conſultum cupiant fanaticasq́ Sectariorum opiniones deteſtentur, & improbant editis libris tam polemicis quam didacticis abundè conteſtantur: Fremit nunc certè Spiritus Calvinianus in ſuis organis & Lutheranis (quos vocant) verbi miniſtris extrema quoque minatur;

Nam

Nam & anonymus quidam de Calvino gregi, nuper admodum loco incerto libellum Germanicum in Miſnenſes Theologos (qui Crelliani obitus, & ſupplicij hiſtoriam concione funebri deſcripſerũt) evulgavit, virulentiſſimis refertum criminationibus ſarcaſmis & atrocibus minis, quibus & ipſam Electoralem viduam & Saxonici Electoratus Dynaſtas, obliquè petit, nec non D. Leiſerum, D. Myliũ & beatas D. Hunnij atq; D. Mini manes amarulenter perſtringit: Dicens ipſum Satanam per os hujus canis latrare, & nihil aliud quærere quam ſanguinem Ubiquiſtarum (ſic enim nos appellitat) & exulcerationem animorum inter principes Lutheranos & Calviniſtas, quo in mutua ruant bella, & tumultibus omnia involvantur: Spero tamen fore ex Theologis Saxonibus (quorum res agitur) qui Rabulam maledicentiſſimum, ſcripto apologetico maſculè adoriantur & refellant. In Batavia mediocris adhuc eſt Eccleſiæ orthodoxæ ſtatus.

Vale.

Digitized by Google

Vale. Raptim Hamburgi 5. Auguſti Anno 1605.

R. Tuæ obſervantiſſimus

Philip. Nicolai D.

EPISTOLA CLVI.

Salutem in Chriſto plurimam.

ET ego Reverende & Clariſſime vir, amice fautor & frater in Chriſto perpetuo honorande, feliciſſimum hujus anni curſum exitumq́ tibi tuisq́ ex animo reprecor, & Deum ardentibus votis oro, ut ſancto ſuo ſpiritu nos ſemper ducat, & gubernet, quo unum in ipſo ſimus & ſanctum ejus Nomen tam in futuro quàm in præſenti ſeculo conjunctis animis, & perenni cum lætitia celebremus, Amen!

De certamine inter D. Lubinum & M. Gravverum coorto, explico me candidè: Puto ab utraq́ parte quid humani contigiſſe, vellem M. Gravverum privatis antea literis ſcripſiſſe D. Lubino, quàm publicè adverſus illum inſurgeret. Et D. Lubinum vellem dictis aſperioribus, & quæ nonnihil ſuſpicionis gignunt, in ſuo

Kk *Apolo-*

Apologetico abſtinuiſſe, quemadmodum liberè & ingenuè cum ipſo per literas, de hisce collocutus ſum, qui literis ſuis ad me, ſe ab omni Calviniſmo immunem eſſe & ſeriò abhorrere conteſtatur.

Res autem omnis huc tendit: una ſit utriuſq; Confeſſio de cauſa mali contra Calvinianos & una fides, una doctrina verbis ſanis, juxta commonefactionem Apoſtolicam comprehenſa. Cætera inter ſe tranſigant, & quæ humanitus obtigerunt non aſperentur, ſed condonentur: ubi in totius diſputationis ara conventum fuerit, & conſenſus animorum in Relligione & certamine adverſus Cinglimanitas declaratus, facilè de perſonalibus injuriis & inſectationibus, tranſigi ex caritate Chriſtiana poteſt. Parti ego nulli blandior, ſed quid ex animo ſentiam, ingenuè aperio. Lenti ſunt labores mei contra Pierium & Calviniſtas in Palatinatu, ſuam noſtris Eccleſiis fraternitatem, de novo tanquam Judæ oſculum offerentes tardiusq; ad finem opera perduci

Digitized by Google

ducitur, cum ſim penè quotidiè alijs multis occupatus. Quamprimum tamen lucem aſpexerint ſaxo, ut exemplar. ad Rev. tam Excell. tranſmittatur.

Interim verò & à Jeſuita quodam nobis vicino & Altenæ habitante, ad certamen literis ſemel atq; iterum ab ipſo acceptis provocor: interfuit meæ concioni ante aliquot ſeptimanas cum 2. cap. Epiſt. 2. ad Theſſal. enarrans Romanum Pontificem perſtringerem, omnesq; AntiChriſti notas in ipſum competere docerem. Hæc jam eſt Helena noſtri belli. Ego primum meum cum ipſo conflictum penè ad finem ſtricto calamo deduxi, qui Lubecæ imprimetur, & primo quoque tempore in lucem prodibit. Quod ſupereſt Rev. Exc. tuam cū omnib. ſuis, & tota Eccleſia domeſtica; protectioni divinæ commendo. Scripſi celeriter Hamburgi, 20. Januarij, Anno 1606.

Rev. Excell. tuæ
obſerv: & amantiſs:
in Chriſto frater
Phil. Nicol. D.

EPISTOLA CLIV.

Salutem à Deo Patre in Servatore Jesu p.

QUÆ Reverende ac Clariſſime Domine Doctor, amice fautor ac frater in Chriſto, ſincera fide plurimum colende, de negotijs Eccleſiaſticis & alijs novis literæ tuæ jam recens huc datæ cõmemorant lectu & cognitu mihi pergratafuerunt. Amo pietatem & candorem tuum, in judicio de Theologicis controverſiis, quod molligradis quibusdam ac lenipedibus Theologis Chriſtianum zelum & παῤῥησίαν noſtratium Doctorum in certamine adverſus Calvinianos relucentem improbantibus, & odioſè perſtringentibus te minus adſtipulari intelligo. Nam ea jam ſunt tempora, & ea contumacium ſectariorum ingenia librique enormiter in Deum contumelioſi & ſcripta virulenta, quæ inſtar ægrotorum intemperantium Medicum duriorem requirunt. Licentiatus Boxhorn, apud Bredanos in Belgio Eccleſiaſtes, nec non Gnevelinckbo-

linckhoſius Rotradamenſis Paſtor, & alius quidam anonymus in Hollandia calamum in me ſtringere non deſinunt: Et jam recens à Boxhornio liber Idiomate Brabantico contra Henricum Cnickium Epiſcopum Ruremundenſem, Philippum Nicolai Ubiquitiſtam & Franciſcum Coſterum Jeſuitam evulgatus eſt, ubi ut Chriſtus inter duos latrones, ſic ego inter duos Papicolas collocor medius.

Dominus Adolphus Viſcherus autem literis Amſterodami datis (quas heri redditas accepi) ſignificant adfuiſſe ipſis ante, per paucos dies Regis Daniæ Cancellarium, cui cum Eccleſia Martiniſtarum gratias egiſſet pro interceſſione benigna, à Rege apud ordines Hollandicos pro Lutheranis facta reſpondiſſe illum, quod & Hollandi per legatos à Rege petierint ut ſuis Eccleſiarum miniſtris per totum Daniæ Regnum injungeret, ne Calviniſtas ſuis in concionibus taxent, ſed odioſis inſectationibus abſtineant. Exhibuerunt noſtrates Domino Cancellario ſcripta

inter me & Belgicos agitata, quæ utrobiq; diſſeminata ægre ipſum habuerũt, promiſitq́; referente Dn. Viſchero ſe effecturum ap. Regem, ut ipſo apud Status Hollãdicos denuò intercedente impetretur, ſi Calviniani voce ſcriptisq́; publicis Martiniſtas laceſſant & adoriantur, ut tum & Martiniſtis ſeſe publicè ore calamoq́; defendẽdi poteſtas concedatur. Piſtorius Apoſtata Tremoniã diris comminationũ fulgetris aggreditur. Extorquere ab urbis Senatu populoq; nititur, ut duo parochialia templa Gymnaſiumq́; literariũ Pontificijs reſtituant. Repulſam paſſus, Bannum Imperatoris nomine illis denunciavit. Executionẽ Banni Colon. Archiep. Elect. & Duci Cliv: Cæſaris autoritate prætenſa mandat. Provocant Tremoniani ad Imperij Cam. nec nõ Electores potentiſſimos Sax. & Brandeb. itemq́; ducẽ Hinricum Iulium Brunſu. precib. ſollicitant de proſcriptione apud Imper. & proſcriptionis deſignatos Executores inhibẽda. Quid impetraturi ſint, tempus docebit. Vale in Dno feliciter Hamb. 5. Nov. 1605. Phil. N. D.

EPISTOLA CLV.

Salutem per Chriſtum Dei filium crucifixum pro nobis & reſuſcitatum.

R*Everende & Clariſſime Domine Doctor, Domine & frater in Chriſto honorande, complures anni ſunt elapſi, ex quo Dominus Andreas Stangevvaldus nobis aderat, tibiq́ ab inclyto Marchione Brandenburgenſi, Duce Boruſſiæ tùm temporis negotium datum eſſe confirmabat, ut reliquas tres centurias Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Magdæburgenſ. ab autoribus affectas jam penequé perfectas, perpoliret, atque ad editionem accuratè præpararet.*

Quod quidem ἀκρόαμα *mihi tùm fuit auditu longè jucundiſſimum, quippe qui illo opere per annos ferè 40. cum gratiarum actione ſum uſus: nec quidquam malim quàm illud per cætera tria ſecula continuatum jam pridem eſſe vel continuari. Quia verò mihi de ratione continuationis nihil interea relatum eſt,*

niſi quod haud ita multò poſt nunciabatur ille noſter StangVValdus diem ſuum obiiſſe: nec ſucceſſorem adhuc quenquam datum illi fuiſſe: ſæpè dolui me tecum, cùm iter hàc faceres, meq; perhumaniter ad Cœnam invitaſſes, non prolixiùs collocutum fuiſſe. Sed ut ille ait, παθήματα μαθήματα: & triſtes caſus magnorum virorum de multis nos efficaciter admonent: de quibus aliàs vix cogitationem ſuſciperemus.

Peto igitur non gravatè me proxima occaſione doceas, ubi ſit, & an adhuc incolumis ſit inſtructiſſima illa Bibliotheca in hos uſus ab autoribus iſtius Hiſtoriæ luculentiſſimæ comportata: cujus bonam partem ſæpè apud Dn. D. Wigandum vidi. Et an centuriæ illæ tres, nondum editæ, ſint perfectæ? an videantur propediem edendæ? Compendia quidem D. Lucæ Oſiandri videmus & legimus: ſed nihil ad noſtrum hoc deſiderium. Deploro ſæpè Schiſma illud Prutenicum: & ſcio ſaltem ex parte quantum obfuerit bonis publi-

cis.

cis. Exiſtimo autem non eſſe minimum inter damna graviſſima iſtius operis, immortalitate digniſſimi, interruptionem, & impedimenta: Cæſar Baronius Cardinalis (brevi Pontifex futurus forſan, ut memorant) in ſuis Annalibus ſtrenuè molitur idola ſui papatus ex omnibus angulis & veteramentis ſtabilire. Inter noſtros exiguus eorum videtur reliquus eſſe numerus, qui ſunt in aliquo numero, & ex pia vetuſtate calumnias iſtius, & corruptelas verarum Hiſtoriarum redarguere poſſint.

In ſummà, niſi Dominus ſua benedictione juverit, nihil effecerimus. Sed hæc hactenùs. Quod ſupereſt, te, vir clariſſime Deo Opt. Max. cum tota Eccleſia tua commendo: & pro Belgicis novis gratias ago: inprimis de libertate Religioni Auguſtanæ à ſtatibus, non ſine fremitu Calviniſtarum conceſſis per omnes Urbes, quod ſcribis Amſterodamo nunciatum tibi eſſe. Noſtri illud cum gaudio quidem exceperunt, ſed credere vix dum

 volu-

voluerunt. Negatur à Calviniſtis fortiter, à noſtris nihil certi habetur. Faxit Dominus JESUS, ut certus & conſtans rumor ſit, & ipſo facto comprobetur: & nomen Patris Cœleſtis ſanctificetur, per totum orbem terrarum. Papatus autem idola, & Calviniſtarum errores refutenter, & omnes ex poteſtate tenebrarum eripiantur.

Quid de controverſia Doct. Huberi deq; ejus Confeßione ſentias, cognoſcere ex tuis litteris cupio. Dedi operam reconciliationi animorum, & piæ pacificationi jam per biennium ferè. Pugnavit D. Huberus contra Calvinianam particularitatem electionis: illiq; Univerſalitatem promißionum & Redemptionis & Voluntatis Divinæ oppoſuit. Sed Puccianiſmus illi attribuitur: quaſi doceat, omnes ſalvari, ſive credant in Chriſtum, ſive non.

Electos enim negant excidere poſſe Dei gratia, quæcunq; ſcelera perpetrarint, ſaltem finaliter. At Huberus docet multos electos,

Digitized by Google

electos, & per Baptiſma libro vitæ inſcriptos, proh dolor excidiſſe & excidere, & fieri reprobos ſua pravitate: qui Dei bonitate & gratia facti fuerant ex reprobis, electi. Puto, diverſo reſpectu rectiſſimè dici poſſe univerſalẽ & particularẽ electionẽ: univerſalem reſpectu δόσεως, particularẽ reſpectu λήψεως. Univerſalem reſpectu donationis, particularẽ reſpectu diſtributionis & applicationis. Sed cupio tuam hac de re apertam audire ſententiam. Cujus rei gratia mitto D. Huberi Confeſſionem. Vale in Chriſto 1605.

N. N.

EPISTOLA CLX.

Ad Conradum Schlüſſelburgium.

Salus in Chriſto.

R*Eddita ſunt mihi, Reverende & clariſſime vir, amice colende, literæ tuæ, multis nominibus chariſſimæ, ad quas, cùm ita ſinat occupationum copia, paulò ſuccinctius reſpondeo. N. N. de pio obitu.*

Veſtræ

Digitized by Google

Veſtræ autem Eccleſiæ, de liberatione, ab iſto homine, ex animo gratulor Deus neq; ipſi neque nobis imputet peccata. Rumor ille, qui de deſultoria quorundam ſtudioſorum impietate ad vos delatus eſt, non planè, eſt de nihilo, licèt non omnia vera ſint, quæ à diverſis ad diverſos ſunt hac de re perſcripta. Vixerunt ſuperiore æſtate proxima, nobiſcum ſtudioſi quidam, reliquis petulantiores, Baccho, Venerіq; dediti, ex quorum ſocietate, unus aut alter cùm non haberent, qui in poculis & cantharis exhauriendis reſpondere vellent, Diabolum provocârunt, ut ipſe potando ſuppleret, quod ex ſociorum infirmiter deſiderabatur, non quidem quod fœdus aliquod cum Diabolo inire vellem, ſed quòd in tanta tremulentia, tamquam furiæ neſcirent, quid agerent & loquerētur. Quanquā v. Acad. noſtræ nō defuerunt ſeveriores diſciplinæ, quib. coerciti fuerint: ipſe tamen Deus iræ ac vindictæ ſuæ exemplū, in ipſis quoq; ſtatuere voluit, ita, ut paucis dieb.

poſt,

Digitized by Google

poſt, Alter in Albi miſerè perierit. Alter verò cultello confoſſus, ebriam exhalaret animam. De fonte illo Salutis, prope civitatem Chemnitziam, ſuperiore æſtate aperto, uſq; adeò, varia & diverſa ſunt judicia, ut non habeam certi ac ſolidi quid, de quo certiorem te facere poſſim, Medici noſtri, nemini hactenus apud nos, ejus uſum ſuadere voluerunt, eò quod nondum ſatis habent exploratum, quibus potiſſimum tollendis morbis ipſe conducat, & num intra corpus bibendo, tutò adhiberi poſſit, an verò externis lotionibus, tantùm inſervire debet. Mineralia per artem Chymicam, ex aqua illa extracta produnt, illam plurimum calcis & ſulphuris adjunctum, ſive permixtum habere, ita ut internus ejus uſus, cum maximo periculo ſit conjunctus. Quin ne quidem externis quibusvis morbis, tutò adhiberi poſſit.

Deprehenſum fuit, eam eſſe vim aquæ iſtius, citò tollat vitia ſive morbos, aut tumores, qui in ſuperficie cutis hærent,

rent, ſed ita, ut fontem & originem non tollat, quin potius vitioſos humores ab externis membris, ad internas partes animales ac vitales deprimat. Unde factũ, ut plurimi poſt uſum ejus, in multò graviores morbos inciderint: multi etiam Medicorum opinione, mortem citius, inde ſibi accelerârint, ſed interim non deſunt alij, quibus aquarum iſtarum uſus optimè ceſſit. In ſumma magna cautione & prudentia opus eſt, ut nimirum conſtitutio, ſive κρᾶσις *humorum attendatur, quid illa ferre poſſit. Aulici & Electorales noſtri Medici, haud magnifaciunt fontem iſtum, neq; tamen moroſius reſiſtere volunt, quo minus ejus uſum & effectum experiantur, qui velint.*

Forſan inſtans æſtus, & Medicos & alios rectius & plenius informabit. Doct. Huberus antiquum obtinet, & flexiloquis loquendi modis fucum imperitioribus facere ſtudet. Via modusque reconciliationis, ante Triennium, à

Theo-

Theologis utriusque, & noſtræ & Lipſenſis Academiæ eſt præſcriptus talis, qui cum honore ipſius fuiſſet conjunctus, dummodo divino honori & paci Eccleſiæ, quàm ſuæ privatæ gloriæ, velificare maluiſſet. Viderint autem illi, qui paulò mitiores ſeſe Hubero præbent, & neſcio quæ Reconciliationis media comminiſcuntur, ne novi diſsidij flammas concitent, & veteres carbones, novis minimeq́ neceſſarijs flabellis reſuſcitent.

Zelum quidem, quo Beatus N. N. Huberum, in viam revocare ſtuduit, probavimus, ſed Reconciliationis Media, ab ipſo propoſita, & inprimis illud, quod de Reprobatione Dæmonum Cacodæmonum excogitavit, probare nullo modo potuimus, tanquam ἀπροσδιόνυσα *, & ad proprium & legitimum controverſiæ ſtatum, qui nobis, cum Hubero intercedit, nihil quicquam faciens. Qua de re, liberè & prolixè, ad ipſum N. N. paulo ante obitum ipſius ſcripſi.*

Scripta

Scripta meum communicata, brevi remittam, De publicatione N.N. Epiſtolæ, illud candidè ſubijcio ſupprimendam eã, adhuc eſſe, ne fortè Huberus poßit conqueri, ſe à noſtris denuò incitatum, in arenam protractum eſſe.

Deindè, ne forte Huberus poſtmodum Theſes, de Medijs Reconciliationis ſcriptas imprimi curet, in quibus ſanè, orthodoxi Theologi plurima habent, quæ deſiderare poßint. Quo pacto novum diſsidiũ excitaretur, & fama ac exiſtimatio N. N. parùm inde acceßionis ſentiret. Quod ſi tamen Huberus, prior in lucem prodierit, & beatos N. manes lacerare: haud dubitaverit, tum & illam Epiſtolam & plures, quas de hoc negotio, ad me dedit, in commodum Eccleſiæ, publicare potero. Bono animo iſtud moneo.

Theologiam tuam Calviniſticam, quod nonnullis ſubjunctis Appendicibus, auctiorem reddere cogitas perpl[a]et. Methodus etiam, quam tibi arridere ſcribis, mihi probatur. Utinam tantum tibi otij eſſet,

eſſet, ut allegationes librorum & paginarum, diligenter examinare poſſes, & ſimul adderet, quibus potiſsimum Exemplaribus uſus eſſes.

Miniſterij veſtri ſententiam, de copulatione ſponſarum domeſtica, non facilè concedenda omninò approbo, ſed ita, ut interim antiqua conſuetudo, quæ apud homines ſimplices, vim legis obtinere ſolet, non uno impetu abrogetur. Apud nos certè domeſtica & privata illa copulatio, planè exulat, etſi quis talem efflagitaret, nunquam profectò impetraret, videndum proindè quid cujusq; loci, vel conſuetudo, vel jura Municipalia permittāt. In ſe quidem, res hæc, cùm ἀδιαφορία aliqua eſt conjuncta, ſed ſi vel Magiſtratus privatam, vel Miniſterium publicam conſtitueret ſub mandato, aut Neceſſitatis alicujus prætenſæ urgeat: Uterq; certè graviter impingit. Miniſtrorum proinde officium eſſe arbitror, ut cum lenitate & omni manſuetudine cauſam ſuam apud Magiſtratum agant & oſtendant; magis

è dignitate, honeſtate & ſanctitate, Matrimonij eſſe, ſi in publico Eccleſiæ cœtu, è quo major eſt precum efficacia, maximaq; divinæ benedictionis certitudo, fiat copulatio. Quod ſi obtinere nequeant, quod volunt, nihil fortè oberet, quò minus Reformatarum Academiarum & Conſiſtoriorum judicia hac de re expoſcant, ſi neq; iſtorum judicijs Magiſtratus ſe informare patietur, tum Miniſterium rem Deo commendet, neceſſe eſt, fecit enim, quod facere debuit.

De benedictione illa ſingulari, quæ ex flumine, vrbi veſtræ contiguo, ex animo vobis gratulor, & gratiarum actionem meam, cum veſtra conjungo, ſi ad ver inſtans, iſtis veſtris delitijs me beaveris, gratiſſimum mihi erit.

Bene in Domino vale, & ſymmyſtas tuos, meis verbis reverenter ſaluta. Scripſi raptim, Witeb. 25. Mart. 1609.

R. T. D.

addidiſſimus

Leonh. Hut. D.

Epiſt.

Alia ejuſdem.

EPISTOLA CLXIV.

Ad Conradum Schlüſſelburgium.

Salus in Chriſto Salvatore.

REverende & clariſſime Dn. Doctor, amice & frater in Chriſto honorande, Ad tuas multis modis mihi gratiſſimas, reſpondeo: id quod cognitu tibi longe erit gratiſſimum: nempe ſereniſſimum Electorem, Johannem Georgium, Dominum clementiſſimum, ita addictum eſſe puriori noſtræ Religioni, ut nihil quicquam mutationis ſit extimeſcendum, & omnis ſpes Calvinianorum, in ſpongiam, quod dicitur abitura.

Cùm nuper Homagium celſitudini ipſius, hic, præſtaretur, non modò provincialib. & ſubditis ſanctè cõpromiſit, ſe doctrinæ γνησίως *Lutheranæ ſacroſ. Depoſitum, exaſſe, ſartum tectum, aſſerturum, ſed etiam Conſiliarios, Conſiſtoriales, Politicos, ſuam tum curiæ provinciali,*

tum ſcabinatui navantes operam ad eandem Religionem ἄνευ δόλου καὶ ἀπάτης, aſſerendam, ſolenni Sacramento adſtrinxit, cui inter reliqua, & hoc membrum erat inſertum, quod Calviniano dogmati, nullo prorſus pacto, vel poſſe, vel per alios patrocinari, aut de eo hanc in provinciam invehendo, conſilia tractare, vel aliis tractantibus, quovis modo conſentire velint. Speramus indies celſitudinis ipſius Reditum ex conventu Norico, qui ut ſit felix & auſpicatus, faxit Altiſſimus.

Reliqua, apud nos omnia, in ſtatu ſatis proſpero, niſi quod peſtis hinc inde graſſans, metum aliquem nobis incutit.

Senſit noſtra Academia indies, magna incrementa, ex acceſſu plurimorum ſtudioſorum, quorum corona in triſtiſſimam flacceſceret diſſipationem, ſi noſtris quoque Tabernaculis appropinquaret Angelus ille percutiens in Meridie.

Delitiæ veſtræ Saxonicæ mihi non erunt ingratæ, ſi modò aliquando eas mihi

rectè

rectè perferri contingat. Benè in Domino vale, & me amantem tui, amare perge. Scripſi Witeb. 13. Nov. An. 1611.

T. R. D. ſtudioſiſs.

L. Hutterus D.

EPIST: CVIII.

Alia ejuſdem ad eundem.

Salutem in Domino.

R*Everende & clariſſime vir, amice & frater plurimum honorande. Ignoſces opinor mihi, quod ad tuas literas prolixè admodum ſcriptas, non eadem prolixitate reſpondere poſſim. Nam ante paucos dies, domum mihi reverſo, tanta moles negotiorum expedienda venit, ut vix reſpirare liceat. Proinde laconiſmo quaſi quodam uſus reſpondeo. Ac initio quidem ex animo mihi gratulor, quod meam, ita humaniter ambis amicitiam. Ego certè indignus hac luce eſſem, niſi ultrò hac in parte, omnia ea offeram, quæ ab Amico requiri poſſunt. Flagitat hoc tua pietas, zelus & præclara in Eccleſiam merita, quæ ego ſemper magnifeci & adhuc*

magnifacio. Quare tantum abeſt, ut ego, in eo, quod à me exigis, difficilem præſtē, ut potius vehementer etiam atq; etiam à te rogo, ut numero amicorum tuorum, me quoq; adſcribas. Daturus certè operam ut in fide & candore meo, nihil quicquam deſiderare poſſis. Cōſilium, quod in cauſa veſtra perplexa, Rever. Dn. D. Mylius, tecum communicat, omninò approbo neque dubito, quin reliquos collegas, conſentientes ſimus habituri. Poteritis illud tutò ſequi. Faxit a. Deus, ut vel tandem Turbatoris veſtri machinationibus obviam eatur, & totum iſtud diſſidium, ſcandali certè pleniſſimum, ex animi ſententia, ita tollatur, ut reſtituta Eccleſia veſtra pace & tranquillitate, unum ſentire & docere queatis. Benè in Domino, cum Eccleſia privata & publica, vale & ſalve. Raptim Witeb. 18. Octob. An. 1606.

R. D. T. ſtudioſiſs.

Leonh. Hutter. D.

EPISTOLA CLXVI.

Alia ejuſdem.

Salu-

Salutem & felix novi anni auſpicium & feliciſſimum ejus decurſum, ex animo, à Chriſto Jeſu precor & opto. Rev & cl: Dn. D: amice & frater in Chriſto colende. Redditæ ſunt mihi tuæ literæ amantiſſimè ſcriptæ, ad quas ſine mora reſpondeo. De controverſia ſuper Exorciſmo abrogando mota, quæ tua ſit ſententia, probe cognovi. Et ſanè id dico eam veritati, ex omni parte eſſe conſonam. Quemadmodum ego quoq; aliquoties ſententiam dicere juſſus, mentem meam, eundem planè in modum expoſui. Et memini in eandem, me quoq; inclinâſſe ſententiam, in meo commentario, ſuper formulam Concordiæ, Titulo, de Adiaph. Et ſanè optarim ipſe, modo legitimo per conſonum omniū ordinum Eccleſiam, ipſum, in noſtris quoq; Eccleſiis Miſnicis abrogari poſſe, ſed video periculoſum eſſe, hoc ſuadere, & multò difficilius illud obtinere: illud propter inveteratū quorundā Errorē, quo Exorciſmo plus æquo tribuitur. Hoc v. propter Calviniſt. gloriationē & inſultationes, quibus factū hoc eſſent exagitaturi. Pro-

Proinde, cautè hac in parte progrediendum eſſe exiſtimo, ſed ita, ut ſi commoda ſe offerat occaſio, de eo abrogando, conſilia capeſſamus. Benè vale, & me amare perge. 4. Martij Anno 1613.

R. D. T. ſtudioſiſs.

Leonh. Hutter. D.

EPISTOLA CLXIII.

Alia ejuſdem.

Salutem in Domino.

REv. & clar. vir. Dn. amice, in Chriſto frater, plurimum colende. Quò minus prolixius, reſpondeã ad tuas, in cauſa eſt partim nimia Tabellarij feſtinatio, partim occupationum copia, quæ mihi jam, propter Rectoratum expedienda veniũt. Reſp. igitur vel tribus verbis ad quæſtionem, quam propoſuiſti, nempe mihi idem prorſus, tecumde, ea videri. Nullã videl. evidentem militare rationẽ, ob quam ſenatus veſter, ab uſu Sacram. arceri, vel poſſit vel debeat, nedum excommunicari. Poteſt n. ille jus ſuum urgere, in Camera Imper. contra principem, & nihilominus

Deo

Digitized by Google

Deo pura ſervire conſcientia. Hæc duo nō ſunt incompetibilia. Quid? Quod ſi Miniſterium veſtrum, tale quid de facto ſentit videri poteſt illud, cauſam ſenatus, vel hoc pacto improbare, imò damnare, id quod veſtri officij, haud eſſe arbitror. Nihil tamen obſtat, quò minus ſenatores, in Confeſſ. diligentiſſ. admoneatur, operam dent, ne conſcientiæ ſcrupulum aliquem injiciant. Bene in Domino vale, & me amare perge. Iterum v. Wit. 25. Jun. 1611.

R. D. T. ſtudioſiſs.

Leonh. Hut. D.

Epistola CLXVII.

Alia ejuſdem.

Salutem in Chriſto Jeſu p.

R*Ev. & cl. vir, amice & frater, in eodem ſingulariter honorande. Gratæ mihi tuæ fuerunt, vel eo nomine, quo de ijs, meum, de Exorciſmo judicium probari, & hac etiam in parte firmum inter nos cōſenſum eſſe intellexi. Utinam idem ſentirent omnes: fortè de ejus abrogatione facilior, aliquando futura eſſet deliberatio.*

Sententiam tuam, de Concord. cum impijs ineundæ ratione video, ex aſſe cōgruere, cum aliorum Theolog: orthodox: judicio, eamq; nihil, vel contra Religionis purioris curſum, vel contra honeſtatem publicā, aut bonos mores, in ſe continere ſtatuo, perinde per omnia ei ſubſcribo & ſtatuo, ſecundū hanc normam & formā, in multis rebuſpub. diverſiſsimarum Religionum homines, pacē ac concord. politicā ac civilem conſtanter coluiſſe, cujus finē, inter reliquos, iſtum quoq; eſſe exiſtimo, ut qui alienæ & Hæreticæ Religioni ſunt addicti, vel probare Mediū moveantur, ut æquiores, indies fiāt noſtræ doctrinæ, quā animadvertunt, ita à nobis tractari, ut piè, juſtè, caſtè inter nos omnia fiāt & gerātur. Remitto tuū αὐτόγραφον, ut petijſti. Faciā, quod petis, & impreſſionē Apocalypticarum concionū maturabo, et ſi porrò illud petieris, brevi quadā præfatiuncula, nomine collegij noſtri, augebo: Benè in Chriſto vale, Cal. Apr. Wit. An. 1613.

L. Hutterus D.

Epiſt.

EPISTOLA CLIX.

SAlus in Chriſto ſervatore & feliciſsimũ annũ, ex animo precor. Rev. & cl. vir, amice & frater in Chr. reverẽter plurimũ colende, Heſterna veſpera tuæ ſunt mihi redditæ, ad quas ſic urgente Tabellario, abſq; diuturniore cũctatione reſp. & quidẽ, διὰ βραχυλέτων. Acad. noſtræ ſtatum vir rev. quod deploras, rectè facis. Quis n. tantorũ luminũ & columnarũ Eccleſiæ fata, non ut ominoſa defleret? certè, qui pari dignitatis gradu, iſtorum loca ſubire & ſuſtinere queo, vix dabitur. Quod ipsũ in cauſa fuit, propter quã in aula noſtra deliberationes & cõſilia, uſq; adeò lẽto gradu proceſſerũt. Superiore mẽſe Jan negotiũ quidẽ, h.e. expeditum ſedita, ut priorẽ noſtri coll: ſtatũ expẽdẽs haud poſsim mihi tẽperare, quin in lachrymas & gemitus erũpã: proinde, uti Judæis eveniſſe legimꝰ qui primi tẽpli magnificẽtiã & gloriã, ad ſecũdũ cõferẽtes, gaudiũ cũ lacrymis promiſcuerũt: Quis n. quæſo, Ego ſum, qui B. Mylij ſucceſſor, in loco prof. & coll: prim:

in ſenioratu Academiæ, in præſidentia Conſiſtorij Eccleſiaſtici, haud ita pridem, ſic jubente ſereniſſimo Electore Saxoniæ, ſum deſignatus, imò conſtitutus? Equidem, ſi meo, me pede metior, fateri neceſſe habeo, me tam amplo munere, modis omnibus inferiorem eſſe. Atq; utinam in alium digniorem, hæc devoluta eſſet provincia. Sed quid agam, cùm vox Magiſtratus, vox Dei ſit? Nimirum patienter morem geram, & quod meis viribus deeſt, illud divinam ſuppleturam Gratiam, nullus dubitabo, ſecundum illud oraculum divinum: virtus mea in infirmitate perficietur.

Faxit Deus, ut tota hæc mutatio, ad præpotentis Dei gloriam, Eccleſiæ & Academiæ noſtræ Decus & emolumentum vergat. Quo nomine veſtris etiam precibus publicis & privatis, nos noſtroſq; labores etiam atq; etiam commendamus.

N. N. turbulentus, quò minus, rebus ſic ſtantibus ad uſum Sacramenti Eccleſiaſtici admittatur, graves omninò militant

tant rationes. Et profectò metuo, ut ſi ita contumaciter reconciliationis & deprecationis Media reſpuere perrexerit, Deus tandem in mentem reprobam ipſum tradat. In formula deprecationis nihil deſidero, ſed eam ut piam omninò approbo. Conſilium Senatus veſtri mihi quoq; minimè diſplicet, ut nimirum in præſentia conſulum à reverendo Miniſterio, N. N. audiatur, & tota cauſa, non tam cognoſcatur, quàm ipſe ad ſeriam, minimeq; Hypocriticam pœnitentiam incitetur. Hoc conſilium, ſi ſequi ipſe nolit, haud profectò conſultum fuerit, ut politicis Arbitris, hoc negotium commendetur. Horum enim officium non eſt, in hoc caſu exercere jurisdictionem.

Pagella illa Hunniana, nunquam mihi, vel viſa vel lecta eſt. Quid? ſi ſit ſuppoſititia? Equidem illud Apoſtoli ſequendum cenſeo. Qui publicè peccat, publicè etiam arguatur. Quæ ſanè redargutio ſit, non tantùm per publicam laxationē, ſcelerum ſive peccatorum jam commiſſorum,

rum, ſed ut per publicam Deprecationem, ſive Reconciliationem cum Eccleſia, quæ tantò magis urgenda eſt, quantò gravius eſt ſcandalum & offendiculum Eccleſiæ veſtræ à N.N. datum. Reliqua Argumenta, quæ idem ſuadent, rectè in tuis ſunt notata, quæ tanti ſunt ponderis & momenti, ut non videam, quo pacto aliam Reconciliationis viam ingredi poſſit. Deus vobis adſit, & vel tandem veſtræ Eccleſiæ pacem & quietem firmiorem largiatur. Phraſin iſtam novitij cujuſdã Theologi, quâ nobis in juſtificatione, ſtatuit cõmunicari rivulos juſtitiæ Chriſti, nunquam me, vel audiviſſe vel legiſſe memini. Et videtur illa, non planè omni incommoditate carere, & juſtitiæ infuſæ aliquatenus patrocinari, quanquam ſine dubio, Autor ſanam & tolerabilem illius interpretationem, in promptu habebit. Sed quicquid ſit, ſatius foret, nos neglectis novis & metaphoricis locutionibus ſeu phraſib. ſequi ὑποτύπωσιν ὑγιαινόντων λόγων, quæ longè aliam & ſaniorẽ phraſin ſub-

ſubſtituit, ut nimirum cauſa formalis juſtificationis noſtræ dicatur conſiſtere, in vera ac reali imputatione totius meriti & juſtitiæ Chriſti. Et quorſum opus eſt, novas comminiſci phraſes, cùm vel hoc nomine profiteamur, nos ſocios libri concordiæ, ut formam loquendi inibi, ex verbo Dei propoſitam, unicè ſequamur: Et quid anſam & occaſionē dedit diſsidijs, inter Theologos Auguſt. Conf. ſuperiore ſeculo, quàm novarum phraſium affectatū planè & immoderatū ſtudium? De comitijs Ratiſponenſib. altum eſt apud nos ſilentiū, niſi quod ordines proteſtantium, punctum cōtributionis cōſtitutæ ſimpliciter recuſarunt, niſi prius expediatur punctū Relig. & Tranſactio Paſſav. ſive Religionis pacificatio ab ordinibus Imperij approbatur. Commendo te protectioni divinæ, cum tota Eccleſia veſtra ex animo, Rev. Dominis collegis, ex me ſalutem imperties. Scripſi Wit. 2. Mart. An. 1608.

T. in Domino

Leonh. Hut. D.

Epiſt.

Epistola CLXIV.

Salutem in Domino.

Reverende & Clariſſime Domine Doctor, frater & amice in Chriſto plurimum venerande: Ex tuis literis ſummo cum gaudio intelligimus, vos omnes, Dei gratia, ſalvos eſſe, atq; incolumes, Jehovamq; clementiſſimum & potentiſſimum, ut vos perpetuum ſoſpitet, devotè invocamus. Nos quoq; Chriſto ſit laus, in tuto ſumus ac vado. Cæterum duas mihi quæſtiones T:D. Rever. propoſuit, quæ reſponſum ferant. Prior eſt: An cum impijs, religionis noſtræ hoſtibus, concordia iniri poſſit? Reſp. per diſtinctionem:

I. Diſtinguo inter eos, qui concordiam ac fœdus icere dicuntur. Sicut namq; aut tuti, aut in turbido, profundoq; periculi pelago conſtituti. Si tuti: utiq; non facilè concordiam atq; fœdus iſtud ambiant: quippe, qui licet eorum, qui à vera religione ſunt devij, civilem amicitiam ſibi non conflaverint & conciliaverint, nihilominus ſuorũ negotiorum

Carba-

Carbaſa promovere queunt. Sin verò in diſcrimine conſtituti: & prævident ſibi ab ipſis quoq́ꝫ, qui noſtram relligionem non colunt, damnum aliquod creari poſſe: profectò cum illis concordiam, ut & fœdus ſancire poſſunt, ut ſuum ordinem Eccleſiaſticum, politicum, œconomicum ſartum tectum conſervent, cuſtodiantq́ꝫ, & quidem Exemplo piorum: Puta Abrahami, qui cum Abimelech: Gen. 26. v. 31: Jacobi, qui cum Laban. Gen. 31. v. 44. Regis Iſraëlis qui cum Rege Syriæ, 1. Reg. 5. v. 7. Joæ qui cum Haſael, 2. Reg. 12. verſ. 18. Salomonis qui cum Hiram. 1. Reg. 5. v. 12. Aſæ, qui cum Benadad. 1. Reg. 15. v. 19. fœdus percuſſerunt, concordiamq́ꝫ inierunt. Et ſanè horum veſtigia cur non terenda atqꝫ premenda, ut quietè agatur ac tranquillè? Etenim ſi hoſtes poſſent, & tandem aliquando ab aliis impulſi & perculſi vellent noſtros ſtatus lacerare ac ſolò adæquare: ipſorum animi eſſent prius demulciendi, & ad jus alliciendi, quam illa clades, ac ſtrages inveheretur.

II. Diſtinguo inter concordiam ac fædus: quod eſt ſpirituale & Eccleſiaſticum, vel civile & politicum. Spirituale & Eccleſiaſticum haud eſt conceſſum, 2. Cor.6.v.14.Pſal.1.v.1.1.Tit.3.v.10.pſal.18.v.26. Civile & politicum eſt vel offenſivum, vel defenſivum. Si fædus conſtituatur ad offenſionem: graviter peccatur ut videre eſt ex Joſaphat, qui propterea, quod cum Ochoſia fædus icerat, reprehenditur, 2.Par.20.verſ.35. Ejuſmodi fœdera cum impijs ſunt prohibita. Cro.12.v.1. Sin autem fædus percutitur ad noſtram defenſionem, ne Eccleſia, Politia, Oeconomia noſtra periculorum telis ſpiculiſq́; exponatur, ac planè & plenè eradicetur: non fit contra divinam legem cum Paulus ſentiat; ſi fieri poteſt, quantum in vobis eſt cum omnibus hominibus in pace vivite. Rom.12.v.18. Quo etiam intuitu Imperator Romanus cum Turca percuſſit fædus.

III. Diſtinguo inter hoſtes religionis noſtræ. Nam alij ſunt ſeductores, alij ſedu-

ſeducti: Alij hæretici ſimpliciter, alij ſeditioſi & blaſphemi: Alij tranquilli, alij turbulenti. Alij tantum civilem ſibi præfixam habent concordiam, alij ſub ea ſuos errores inſeminare ſatagunt. Quod cum ita ſit, quid de propoſita quæſtione ſtatuendum ſit, modicè ac methodicè diſſerui, ſi lapſus ſim tua me Dig:ᵗᵃ eriget.

Poſterior eſt: Num omnes teneantur publicam ſacram ædem frequentare copulationem petentes?

Reſp. Et hic opus eſt bona diſtinctione.

I. Copulatio iſthæc non ad cultum, ſed ad ritum duntaxat, ſpectat, qui pro tempore, perſonis, loco & aliarum circumſtantiarum mutari poteſt.

II. Eccleſia eſt publica, & privata, & domeſtica. Etiamſi itaq; copulatio non fiat in publico templo: vera tamen eſſet copulatio, quæ fit intra privatos parietes, cum ibi etiam ſit vera Eccleſia è Chriſtianorum congregatione ac copulata concreta. Rom. 16. v. 3. 1. Cor. 16. v. 19.

 III. Con-

III. Conſuetudo hic habenda eſt pro lege: tamen ita, ut inflecti queat, ſi rationes adſint certæ atq; evidentes. Apud nos interdum quædam copulationes fiunt domi: at cum Magiſtratus noſtri conſenſu ac juſſu. Alias omnes inſtituuntur publicè diebus ſolis poſt conciones hora undecima.

IV. Accuratè diſtinguendum eſt inter præceptum Dei & ſtatutum noſtrum: id quod Paulus ſedulò obſervavit. 1. Cor. 7. v. 10. 12.

V. Si omninò domeſticæ copulationes prohibitæ eſſent, vel ſi ſunt, qui iſtas omni ex parte volunt tolli: Ipſi eorum qui ſunt domi copulati, Conſcientiis vulnus inurent: quaſi illorum copulatio ſit illegitima. Nam ſi publicæ copulationes præciſè neceſſariæ eſſent utiq; nullæ privatæ concedendæ eſſent. Quod tamen Berolini eſt uſitatum. Domiq; ibidem plurimi ſunt copulati, qui in luce atq; oculis vivunt: horum ego conſcientias turbare nollem.

VI. Ex

VI. Ex caritate Chriſtiana non colligatur præcisè neceſſaria neceſſitas, 1. Cor. 7. verſ. 35. Tum ceremonia acutè & cautè ab ipſa doctrina eſt diſtinguenda, etiamſi non disjungenda.

Hæc ad quæſtiones. Porrò tabellarius ipſe cujus mentio facta, à me literas accepit nullas, cum non redierit ipſas repetiturus. M. Schelhamerus autem ipſi tradidit epiſtolam, cui ut ait, inſeruit Joachimicum ſive talerum. Ego gratias habeo pro paterna, ac fraterna invitatione, quam nunc demeritus eſſem, ſi tabellario fuiſſem credere auſus. At quid jam non fit, compenſabitur ſuo loco ac tempore. Porrò contra Calvinianos librum propuli in ſolem ac pulverem, cujus exemplar accipe, habe, lege: & quid in eo præſtiterim ſpiritus ſancti robore ſubvectus, vide, & mecum communica poſtmodum de ipſo tuum judicium, quod magni æſtimo.

Ad hæc adjunxi concionem, quam Roſtochij habui venerabilis Miniſterij ro-

gatu adductus, quam quoq́ perluſtra, & num dignus iſtam cathedram Eccleſiaſticam preſſerim intellige. Hiſce vale cum tua caſta coſta & liberis quos omnes mea uxor humaniter ſalutat.

Datum Hamburgi, die Michaelis, Anno 1612.

T. R. D.

ſtudioſiſs.

Jacobus Reneccius.

Errata benevolus Lector ita corriget.

Pag. 16. lege vocant
ibid. πωνοπωλία
26. abſtracto
35. moderatè
34. ſancivit
44. dele quæ in parentheſi ſunt poſita.
47. detrectatorum.
ibid. ſtipes
55. conquerar
57. ſic
65. dignitatis
68. facultas
100. hoc
105. Spiritum
109. quamvis
114. involvunt
115. obÿcitur
134. cohibeat
139. eos
145. ſtatim
ib. addebat
ib. eſſem
148. Literarÿs
158. ſcriptis com,
160 redierunt
186. eſt propoſitio

219. pra-

219. *præfationes*
222. *inſtauratum*
223. *literas*
227. *doctum*
234. *communicationem*
ib. vulgus
238. *applicare*
245. *prædicant*
ib. ſufficere
248. *ſubditi*
ibid. ſumus
ibid. deſino
249. *editos*
252. *de exilibus chartis orationum*
253. *habemus quas perlectas*
ib. benevolentia
254. *ediderimus &*
255. *exemptam hab.*
257. *dici aut*
259. *Miniſtro*
ib. στίγματα
ib. iſte
26. *fanaticum*
262. *hypocritarum*
268. ἀρχιποίμην καὶ ἀρχηγὸς
277. *Cœna*
280. *Theologicum*
286. *ſint*
291. *cujus*
295. *Induciæ*
303. *reformatarum*
304. *At*
306. *teſtis eſt*
307. *ut mat.*
ib. publicetur
308. *tractatu*
310. *reliqui incerti*
337. ὁμόψηφον
356. *continerent*
360. *etiam ſartam*
363. *intermiſi*
372. *corda*
375. *collegas*
382. *inundarent*
405. *rerum*
415. *concurrit*
425. *ſint*
433. *reſignari*
506 *infirmitate*
ibid. vellent
ibid. temulentia
526. *ſunt.*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

10-2-2

Digitized by Google